

FRATRIS EUGENII KÓSA

ANTIQUARIII

Provincia S. Mariae in Hungaria

Ordinis Minorum S.P.N. Francisci

Strictioris Observantiae

COLLECTANEA.

Quorum Partes
Prima: Provinciam Ipsam:
Altera: Modernos Conventus.
Tertia: Abalienatos & Desolatos.

Exhibent.
Ab Anno Æræ Christianæ
1206.
Ad Annum usque
1774.



C
VI
18

SIGILLUM PRIMÆVUM.

SIGILLUM MODERNUM.

Post fata per And. R. P. Ministrum Proalem
Josephum Chmel Datum est Centum Simegyeni
1780.

ROYAL INSTITUTION

ANNUAL REPORT

1850-51

Published by the Royal Institution, 21, BEDFORD SQUARE, LONDON, W.

Printed by W. Clowes and Sons, 7, Strand, London, W.

Price 1s. 6d. per copy.

COLLECTanea



Printed and Published by W. Clowes and Sons, 7, Strand, London, W.

ANTIQUARIUM

PROVINCIAE S. MARIE IN HUNGARIA

Ordinis Minorum S.P.N. Francisci

Stricteris Observantiae.

Collectaneorum.

PARS PRIMA

In Primum Ordinis & Provincie hujus Saeculum
Ab Anno Erae Christianae 1206. ad 1300.

I. Dum Seraphicus Patriarcha S. Franciscus Anno 1206.

sub Conversionis suae initium, ferventi Orationis instantia, gemitibusque inenarrabilibus verae Perfectionis Semitam sibi a Domino postulasset ostendi, audivit die quadam Anni 1206. inter Missarum solemnium Verba illa, quae suis Christus loquebatur, ad predicandum missis, Matth. 23. „Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via, neque duas Tunicas, neque Calceamenta.„ Mox in ejusmodi Verborum audita, Virtute Spiritus Sancti ex alto imbutus. „Hoc inquietabat est, quod cupio.„ Illico Calceamenta deposuit, pecuniam rejecit, Unaque contentus Tunica, dimissa Corrigia, pro Cingulo funem sumpsit, omnemque deinceps sollicitudinem cordis apponens: qualiter audita perficeret. S. Bonav. in Vita S. Francisci. Et hisce jactum erat sui Ordinis fundamentum, ad cuius ideam semet ipsum futurum Fratrum, & Filiorum suorum Exemplar primitus conformavit.

Conversio S.P.N. Francisci.

II. Crescente in dies Virtute & fama Francisci, coeperunt Anno 1209.

ejus Salutaribus monitis, & exemplo Viri quidam ad Poenitentiam animari, ac ad Mundi, omnisque Vanitatis contemptum incitari, ut rejectis omnibus, se se ei habitum, & vitam conjungerent. Horum primus fuerat Bernardus a Quinta Valle Nobilitate, divitijs, & Scientia inter Apisianos Spectabilis, quem eo ipso tempore secutus est Petrus Catanensis Apisiatum Cathedralis Ecclesiae Canonicus: his mox jungebatur Agidius Apisias, usque dum Anno 1209. Evangelice

Accedunt Sectatores & Regulam conscribit

getica Paupertatis Magister Undecim numeraret Discipulos, quibus deinde, aliisque innumereis, quos visione edoctus, post se venturos prospexerat: praestendam sibi, a Domino Regulam, ex Evangelio conscripsit, Capitulis 23^{ibus} distinctam, quam deinde Anno 1225. in Montem Palumbum se conferens, durante ibidem 40. dierum jejunio, ad 12. Capitula abbreviavit; sub primo attamen per omnia vigore & arctitudine prout Coelitus acceperat, atque ab Honorio III. Pontifice per Bullam, Solet Annuere. Confirmari fecit.

Anno 1210.

III. Duodenaria haec voluntariorum pauperum turma, cum dicta primæva Regula 23. Capitulis distincta, Unanimi voto acceptata, Duce S. Patre Francisco Romam omnes profecti fuerunt, ut quod Christus dictaverat, ejus in terris Vicarius videret & adprobaret, tametsi eo tempore nullum adhuc Jus positivum Ecclesiasticum, nec aliorum exstaret exemplum, quoad Confirmationem fundatæ Religionis petendam: ut doctè notarunt Bellarminus, & Joannes de Carthagena apud Matare pag. 14. Post Bullam tamen Joannis XXII. Sacro-Sancta Romana Ecclesia. Eo ipso excommunicati sunt, inventores novarum Regularum, nisi a Sacra Sede Apostolica approbentur. Idem statuit Gregorius IX, ut habetur Capitulo Un: de Religiosis Domibus. Dum porro Franciscus cum Undecim Fratribus ad Vicarium Christi propinquaret, obvium habuit Angelum Tancredum Militem, nunquam antea vidum, qui a Francisco proprio nomine vocatus, & ut fieret Christi Miles, ad suum Sodalitium invitatus: Statim similiter relictis omnibus, duodenarium Sociorum numerum complevit. Franciscus dein ad conspectum Innocentii III. benigne cum dicto suo Coetu receptus est, in cujus manibus omnes Regule illius Professionem emittere. Pontifex idem Regulam viva Vocis oraculo adprobavit, S. Franciscum Generalem Ministrum instituit, deditque de Poenitentia prædicanda Fratribus his generale mandatum, si Episcopi annuant, & Prædicaturi præmissis examine approbati, id munus sibi impositum habuerint.

Adprobatur a Pontifice Regula.

Anno 1219.

IV. Dum sic Franciscus sensim multiplicatis Fratribus & Filiis suis, quasi totum volens convertere mundum, ad varias Orbis Regiones nonnullos eorum ad prædicandam Poenitentiam dimitteret, accidit, ut Anno 1219. Ita Wadclingus ad Ammum presentem No 42. Ad hanc etiam Hungariam nostram quosdam transmitteret, qui cujusdam Episcopi beneficio advenerunt, aut ceu monstra & invidium genus hominum, per Custodes pecorum verberati, & Canibus in eos incitatis, repulsi sunt, qui ignari Patriæ lingvæ, Arbitrabantur per Custodes desiderari Tunicae suae Superiores,

Quidam e Fratribus Hungariam Venientes, repelluntur.

Superiores,

Superiores, has eis tradiderunt. Cum vero ne sic quidem a verberibus infligendis cessarent, braccas etiam contulerunt Custodibus; Et sic nudati dimissi fuerunt; Imo quiclam ex iis Fratribus, ne in futurum braccis spoliarentur, pudore casto adducti, braccas fimo bouum inquinabant, & taliter sepius penetrare Hungariam volentes, quinque ac decem vicibus spoliati fuere. Cum vero cernerent, nullos suo pertinaci etiam conatu ibidem fructus facere posse, in Italiam redierunt. Quare asertiri nequeo Manuscripto cuiquam in Archivio Provinciae nostrae reperto, quod Anno 1684. Romam pro Continuatione Annalium R. P. Lucae Wadclingi transmissum fuerat, opus uti apparet levidense, ac inani tumultuaria sarcinatum sine ulla ad fontes provocatione, in hoc sequentia legit: „Primus Conventus Budensis: hujus Nostrae Provinciae: in Castro Budensi Monasterium parvum, cum parva Ecclesia ab Andrea II. Rege Hungariae, dum ex Syria rediisset Anno 1218. exstructum. „ Si quidem hoc Anno Budae Monasterium habuissent Patres nostri, non amplius fuissent acleo inivisi Anno subsequente 1219. ut Canibus incitatis in eos, abigerentur, invenissentque modum, ut ad Regem, & suum Budense Coenobium penetrare valuissent. Sed & hoc tempore Castrum Budense dictum non fuerat, sed Mons duntaxat novus Pesthiensis, juribus Praepositi de hoc Monte nuncupati, adnumeratum; Castrum enim in hoc Monte Bela IV. post recessum Tartarorum aedificavit.

Refutatur error
cujusdam Manuscripti
pti.

V. Primus ex Hungaris S. Francisci Sectator legitur Fr Abrahamus Hungarus Anno 1221. cum F. Cesario Spirensi Permano per Eliam de Cortona Generalem Ministrum in Permamiam ad predicandum missus. Ita Wadclingus ad hunc Annum Ar. 5. & Segg. Qui Fr Abrahamus an deinde in Hungariam suos ad populares pervenerit? incomperitum manet.

Anno 1221.

Primus ex Hungaris
Fr Abrahamus.

VI. Vivente adhuc Seraphico Patre nostro Francisco, eodem nimirum Anno, quo Sacris Crucifixi Stigmatibus in Festo Exaltationis S. Crucis, in Sacro Monte Alverna insignitus fuerat, venire Viennam Austriae a Leopoldo VII. Duce postulati, PP. Albertus de Pisa, Actualis Minister Permaniae, Joannes de Plano Custos, Martinus de Mediolano, & Jacobus de Tarvisio, quibus Dux habitationem cum parva Ecclesia aedificavit. Ita Cosmographia Provinciae Austriae pag. 9. De primo horum Praeposito Alberto Pisano, Actuali Ministro Permaniae, Annuente Duce Leopoldo, suum etiam in Austria propagante Ordinem, testatur Pr Vincentius Coronelli: ex Actis Religionis in effigie, & Serie

Anno 1224.

Chronologica Ministrorum Generalium Ordinis Minorum.
 Ipsum Albertum de Pisa antequam ad Ministerialium Angliae
 & deinceps ad Generalatum Ordinis assumeretur, Ordinem Minoro-
 rum etiam in Hungaria rexisse. Idem refert P. Vincentius de
 Berg: in Ratiociniis fol. 245. Quare Fratrum nostrorum primum
 in Hungariam adventum ad tempus, quo memoratus Fr. Alber-
 tus de Pisa Minister Germaniae in Austriam a Leopoldo Buice
 invitatus advenerat, colloco, & instituo: ab Anno nimirum 1224.
 ad 1227. quamquam specificè nec Annum 1224. nec 1225.
 nec 1226. assignare audim, ipso tamen 1227. aut prioribus cer-
 te jam Ordinem nostrum Franciscanorum in Hungariam propa-
 gatum censeo; quem nempe Fr. Albertus de Pisa Minister Ger-
 maniae rexit. Hinc R. P. Martinus Szent-Ivanyus e Soc:
 Jesu, ac ex eo P. Ladislaus Turoczius in Hungaria suis cum
 Regibus data. P. Samuel Simon ex eadem Soc: Jesu in Synop-
 si nova Chronologica. Ambrosowski in Compendiosa Chronolo-
 gia Hungariae. Unde ^{unde} suas Dissertationes Paralipomenicas excu-
 pserit? Errore tamen manifesto lapsus est dum Catal. 80. pag.
195. scribit: „Ordo PP. Franciscanorum Conventualium institu-
 tus a S. Francisco Apsisiate &c: Venit in Hungariam vivente
 adhuc S. Francisco Anno 1218.“ Illud quidem, quod viven-
 te S. Francisco ingressus sit, non abnuo: Ast Anno 1218. id
 contigisse, mendum est. Cum Anno insequenti s: ut mox elictum:
 tentaverint quidem nonnulli Fratres ingressum, ast a peccorum-
 Custodibus repulsi fuere. Sed & illud: quod Ordinem hunc Con-
 ventualium dicat, arguit verum Ordinis nostri minus exactam
 notitiam; Conventuales enim, seu quod idem est relaxati dicti
 sunt primum post tempora Concilii Constantiensis, ubi nempe,
 qui laxitatibus, & dispensationibus Pontificiis adhererant. Ast
 in limine Instituti nostri Franciscanorum Ordo sine ullo pror-
 tus addito: Ordo F. P. Minorum dictus fuit.

VII. Vivente porro adhuc Seraphico P. N. Francisco
 qui Anno 1226. Quarto Nonas Octobris humanis ereptus fuit
 aliquos Conventus, & habitacula primævi Fratres nostri in Hun-
 garia habuere, quæ tamen in tanta vetustatis caligine designare
 non audeo, ac si divinandum esset, assererem utique primum
 Ordinis nostri Monasterium Strigoniæ fuisse, cum s: uti mox
 sequetur: Anno 1238. jam hæc Hungaria Strigoniensis Pro-
 vincia dicta fuerit. Commentum porro est Martini Szent-Ivanyii
 ac ex eo Ladislai Turoczii primum Ordinis nostri Conventum
 Agrice fuisse: uti hoc ipsum in 3^{ta} parte horum Collectaneorum
 de Conventu

Statuitur Annum
 quo Fratres nostri
 in Hungariam ad-
 venerunt.

Vivente S. Francisco
 fuere jam Monaste-
 ria quedam constructa

7.
de Conventu desolato Agriensi intento digito ostendetur. Vetus-
tissimum interea Archivi Province nostre Monumentum, Opus
P. Petri de Terebesd, de Anno 1534. ac etiam P. Matthaei Fla-
mantz de Anno 1558. perhibent de Conventu olim hujus no-
stra Province Zagradiensi in haec Verba: „Conventus Zagradi-
ensis a tempore S. Francisci habitus est, quem personaliter
ipse S. P. visitavit. „Noster etiam P. Franciscus Robustellus
a Valle Felina, olim hujus Province Minister in suis Manu scri-
ptis Anni 1632. sequentia adnotavit: „Etiam si expresse non
constet, quo Anno, Mense, & die Fratres Ordinis Minorum S.
Francisci in hoc Hungaria Regnum primo penetraverint? —
hoc nihilominus evidentissime habetur, ipsummet Seraphicum P.
Franciscum personaliter Zagrabia fuisse. Siquidem Slavonia
Regnum ob hanc memoriam modernum ibidem Monasterium
in honorem ejusdem S. P. Francisci erexit: ut videre est in An-
nalibus Praefati Incliti Regni. „Haec uberius descripta sunt in
parte Collectaneorum de Conventibus hujus Province abalienatis.
Quare cum de hac historia vix ambigi possit, merito haec Provin-
cia Nostra S. Mariae in Hungaria gloriari in Domino potest, quod
suum S. Fundatorem, ceu primum Vivum lapidem agnoscere possit
ac tanquam praecursorem, parantemque viam venerari; dixi pra-
cursorem & viam parantem, antequam enim P. Albertus de Pisa
Ordinem nostrum in Hungariam propagasset, jam Anno 1220.
S. P. Noster a Soldano Babilonia per Illyrium ac Slavoniam —
Redux Zagrabia Commoratus fuit.

Accessit etiam per-
sonaliter Sanctus
Franciscus.

VIII. Antequam primus memoratus Minister Perma-
niae ac Hungariae P. Albertus de Pisa ad Ministeriatum Angliae
absumeretur Anno 1227. per Ministrum Generalem Eliam a
Cortona, absolutus fuit a Ministeriatu Permanniae, ac consecutus
etiam hujus nostrae Hungariae Province, & eidem successus est
P. Simon Anglicus, antea Custos Normanniae. Ita Wadclingus
noster ad hunc Annum No 4. Iterum Anno 1228. idem Mi-
nister Generalis Elias a Cortona absoluit Fr̄m Simonem An-
glicum a Ministerio Permanniae, cuique Lecturam Theologicam
imposuit, substituitque Fr̄m Joannem de Plano, qui Permanniae
ac etiam Hungariae Provinciam regeret, de quo ita P. Lucas Wad-
clingus ad citatum Annum 1228. No 86. ex Annalibus
Saxoniae scribit: „Idem Fr̄ Joannes de Plano, quia vir gravij,
& corpulentus erat adino vehi neceffe habebat, & homines tunc
temporis propter Ordinis novitatem, ac equitis humilitatem
densissimi Concurrentes, majori devotione ad Asinum ejus —
commoveban,

Succedentes Min-
istri Permanniae &
Hungariae.

commemorabantur: Admiranda sane Satyra: quam nunc propter
abusum equitandi ad ipsorum Fratrum personas. Hic præterea
Ordinis sui propagator maximus misit Fratres in Bohemiam, Hun-
gariam, Daciam &c: Fuit Vir Magnanimus, & Strenuus coram
Episcopis, & Principibus intrepide causas Ordinis defendens, neque
Verbis aseri potest, qua pace, Charitate, Consolatione, & tutela
Fratres suos, tanquam Mater Filios, & galina pullos suos fove-
rit & semper protexerit. Hæc citatus Waddingus. Dein hic idem
Minister Germaniæ Joannes de Plano, dum Capitulo Generali
Apsisiensi Anno 1230. celebrato, ac Translationi Corporis S.
P. N. Francisci interesset in locum Fratris Joannis Parentis, qui
deposito Ministro Generali Elie à Cortona, omnium Relaxatorum
primipilo: Vide vitam S. Francisci & Annales Ordinis:
Substitutus fuerat, in Hispanias ut Minister Provincie illius
deputatus fuit, eique successit iterum F. Simon Anglicus, pri-
mus in Germania Lector, qui pariter totius Germaniæ, ac etiam
Hungariæ Minister fuit. Vide Waddingum ad Annum 1230.
Nº 16. De hoc P. Simone Anglico scribit noster Religiosus
P. Franciscus Bonaga in suo Quadrupartito Opere de Origine Sera-
phica Religionis, Ad Provinciam Saxonie S. Crucis, quod plu-
res Patres, ac Fratres in Bohemiam, Hungariam, Poloniam,
Daciam &c: Domos & Ecclesias erecturos miserit. Et hinc.

Anno 1234.

IX Vivente Andrea II. Rege Hungariæ, qui regna-
vit ab Anno 1205. ad 1235. jam domicilium quoddam
obtinere Patres nostri Strigoni, ac etiam aliis in locis, id quod
evincitur ex Regestis Pontificiis. Exstat Bulla Gregorii IX.
data 16. Augusti 1234. Quia ubi major &c: præter alias
inscripta Ministro Ordinis Minorum in Hungaria, in qua Pon-
tifex dat facultatem præstita Satisfactione Relaxandi Excommuni-
cationis Sententiam, in eundem Hungariæ Regem fulminatam.
Ita Bullarium Franciscanum apud Barellam Tom. 1. pag. 131.
Causam hujus late in Coronatum Caput Sententiæ ita insinu-
at P. Simon e Soc: Jesu in Appendice Epitomes Chronologicæ,
Rex ad dicendam causam Romanam vocatus fuerat, causa rei-
nondum patet, gravid tamen fuit, quando ad servanda promiss-
sa Sacramento adacti sunt etiam Filii, Bela & Colomanus,
cunctique Primores Regni.

Anno 1235.

X Gregorius itidem IX. per Bullam: Cum Venera-
bilis Frater. Datam 7. Junii Anno 1235. Prædicatorum &
Minorum Strigoniensium, ^{Ministro} vetuerat, ne sine speciali Sedis Apo-
stolicæ

Isto jam Anno
Provincia existit.

Stolica mandato, amplius contra Regem Hungarice Andre-
 am procedant, eo quod a Sede Apostolica prolongatio Regi sit
 concessa. Bullarium Franciscanorum Tom I. pag. 164. Item
 Waddingus ad hunc Annum. Hoc eodem Anno clemens An-
 dreas II. Rex Hungarice decepsit, & in Monasterio Egress Ord.
 Cisterciensium, quod ipse olim fundaverat, tumultatus fuit, ac
 paulo ante mortem: raro sane exemplo: supervixit tempus il-
 lud, quo dilecta Filia sua S. Elisabetha Thuringie Comina Tertii
 Ordinis S. Francisci Sanctarum Catalogo ritu Solemni ab
 eodem Gregorio Papa IX adscripta fuit.

Iterum mentio fit
 Strigoniensij Provin-
 cia, aut Conventus.

XI. Mortuo sicut uti premissum est: Andrea II. Rege,
 successit Filius ejus, & S. Elisabetha Frater Bela IV. Sic
 videns in cunctis Ferrarum partibus suam progeniem, & Fami-
 liam, Margarita tam fulgida, sua nimirum Sororis S. Elisa-
 betha Tertii Ordinis S. P. R. Francisci Splendoribus illustra-
 ri, mox coepit erga Fratrum Minorum Ordinem per Singula-
 totius Regni Hungarice loca, totius pietatis, & familiaritatis
 viscera frequentius, & cumulatius aperire, magna & ardua
 negotia Fratrum Minorum fidelitati commisit, ac etiam per eo-
 rum Consilia terminavit, & per totum vite sue cursum Fratri-
 bus Minoribus verus, obediens confrater fuit, inter quorum
 Brachia etiam mortuus fuit Anno 1275. die 12. Julii, &
 in Ecclesia absse edificata, & B. Virgini, & S. Elisabetha di-
 cata Strigonii apud Fratres Minores sepultus fuit. Ita Wad-
 dingus ad Annum 1275. No. 11.

Regis Bela IV.
 amor & beneficentia -
 erga Fratres nostros.

XII. Rex Bela IV. Cutenem Cumanorum Rege Anno 1238.
 a furore Tartarorum fugientem, ad gratum cum sua gente ad-
 misit hospitium, & circa Tibiscum illocavit, cum vero Cuma-
 ni hi Barbari, & infideles essent, Patres Ordinis Prædicato-
 rum, & Minorum Sacros eis præcones dedit, qui suo sermo-
 ne, & exemplo hanc gentem ad fidem Christiano-Catholicam
 converterunt; uti teste P. Martino Sent-Danyi e Soc: Jesu
 in Paralipom. fol. 167. Hac ipsa lege eos admiserat, ut fidem
 Orthodoxam suscipere. Non absimiliter dum idem Bela
 IV. Arma contra Aspanum, Comitem Bulgarorum he-
 reticum, & Schismaticum suscepisset, qui una cum Joanne
 Vatacio Imperium Orientis direxerat; laudat Pontifex Gre-
 gorius IX. Regis Belæ IV. zelum, & promovet adhibendo
 Subiecta per Crucem signatos, aliisque Ministeria Provincialis
 Hungari Prædicatorum & Minorum Strigoniensij Provinciae.
 Ita

Anno 1238.

Conversioni infideli-
 um, & hereticorum
 admoventur Patres
 nostri.

Ita Waddingus ad Annum istum N^o 2. 3. & 4. Uti & Bullarium Franciscanum Tom. I. pag. 248. Interim advertendum est illud: quod notat Collector Bullarii Franciscani ad Bullam Sicut Litera. Datam in hac causa 9. Aug. Anno 1238. quod Provincia Strigoniensis isto Anno non fuerit distincta in Hungaria, sed ipsa unica Provincia Hungaria, eaque adhuc juncta Provincia Germania, & Austria, cum Sagonia, Bohemia, & Polonia, ac ideo dicatur Strigoniensis, quod Strigonium Metropolis fuerit Sacrarum precipue actuum totius Hungariae. Sed & illud Optime ex eodem Collectore Bullarii Franciscani notandum: quod Vocabulum Minister in recensitis Bullis Gregorianis non intelligatur de Ministro Provinciali, quasi jam tum Hungaria separata effecisset Provinciam, sub proprio Capite ab aliis distinctam, sed nomine Ministri intelligatur Custos, ut ex variis Bullis Pontificiis ante Annum 1239. emanatis liquido constat. Ad Annum igitur huncce 1238. inclusive Hungaria Ordinis nostri Conventus, & Pomicilia sub Ministris Germaniae constituebantur, sub quorum durante Regimine plures erecti fuerunt Conventus, ac ut praesumendum est, etiam Posoniensis, Agriensis, Quinque Ecclesiensis, Zagrabiensis, Laurinensis, & Albensis, cum Conventus isti jam Anno 1260. Capita Custodiarum per S. Bonaventuram in Capitulo Generali Narbonensi Constituantur, aut aliqui: uti Posoniensis, ac Tyrnaviensis ex alijs Monumentis superius: uti ex dicendis patebit: inveniuntur. Imo quoad Conventum Tyrnaviensem refert Protocolium Nationis Germanicae Tyrnaviense, hoc eodem Anno 1238. Tyrnavia Monasterium cum Ecclesia pro Fratibus nostris primitus constructum fuisse, idque: ut traditio fert: ubi actu hospitale est ad inferiorem portam: cum vero Conventus illic exiguus videretur, alio in loco ampliore deinde Ludovicus I. Rex aut admisit, aut erexit No 1238.

Hoc Anno non fuit adhuc separata ab alijs Provincijs isthaec.

Anno 1239.

XIII. P. Alberto de Pisa, eodem quo in Ministrum Generalem Anno 1238. erectus fuerat, e vivis sublato, jussu Gregorii Papa IX. Convocatum fuit Roma Capitulum Generale, aut potius teste Chronologia Historico-Legali Ordinis, Anno insequente 1239. in quo P. Haymo de Feversham ipso Pontifice Suffragia Regulante in Ministrum Generalem electus fuit, hoc eodem Anno Annuente utique ipso Ordinis Capite facta est Solemnis divisio Provinciarum Germaniae. Waddingus ad hunc Annum N^o 12. ac per consequens etiam Hungaria cum adjacentibus Regionibus, eidem Corona Subjectis, in distinctam Provinciam, ac a Germania independentem evasit. Primus

porro

Porro Minister Provincialis Hungariae Constitutus est Fr. Jo-
 annes, Frater Carnalis Philippi III. f. Audacis: Regis Fran-
 corum. Ita omnia Provinciae Nostrae Monumenta, ac etiam Catalogus
 Ministrorum hujus Provinciae Venetijs Anno 1504. impressus.
 Hujus primi in hac Hungaria Provincia nostra Ministri, si Stem-
 ma Regium observem, vix aliunde in Hungariam cum Venise ve-
 puto, quam ex ipso Capitulo Generali hoc eodem Anno Romae sub
 Praesidio Gregorii Papae IX. celebrato: ita nimirum Ordinate ipso
 tam Pontifice, Religioni Nostrae impense addicto, quam Neo-Electo
 Ministro Generali Haymone, ut hujus in Hungaria nascentis Pro-
 vinciae incunabula, etiam a Claritate Sanguinis primi sui Recto-
 ris redderentur Augustiora, sub Augusto Bela IV. Rege, cujus
 in Sacrum Ordinem nostrum intima propensio, ipso sui Regii
 Sanguinis connaturali impulsu, ob suam Sororem S. Elisabetha
 Tertii Ordinis S. Francisci professam, jamque albo Coelitu
 Communeratam, majora in dies incrementa, accessionemque ac-
 ceptura, non vano Augurio sperabatur. Hic idem primus Hun-
 gariae jam separatam Provinciam Constituentis Minister Fr.
 Joannes, ac Ministri Austriae, & Saxoniae hoc ipso Anno 1239
 Conventum ex Condicto celebrarunt Praga super negotio, & causa
 Illustris Sororis Agnetis, Ordinis S. Clarae, Venceslai Bohemiae
 Regis Sororis Carnalis. Ita Casimirus Diernaczky pag. 215.
 De quo Tractatu plura leges apud nostrum P. Waddingum, ex
 quo patet praeter jam adducta Documenta, hanc Hungariae nostrae
 S. Mariae Provinciam Coevam esse Provinciam Austriae, Bohemiae,
 Saxoniae &c: Conventualium a tempore Concilii Constantiensis
 ita nuncupatorum: imo idem ipsum Nomen in hunc usque diem
 retinentium, cum ea Anno 1577. tempore Leonis X. ad Obser-
 vantiam non redierint; haec nostra vero, nunc S. Mariae in Hun-
 garia Provincia, eodem ipso Anno: ut suo loco demonstrabitur:
 Regularem Observantiam amplexa, Ministro Generali jam ex hoc
 tempore e numero Observantium assumpto, se subjecerit. Coeva por-
 ro est haec nostra jam etiam Reformata Provincia Austriaca, Bo-
 hemica, ac Saxonica nunc P.P. Conventualium Provinciae. Ast secu-
 lis duobus, ac amplius exsuperat Provinciam P.P. Provinciae Austriae
 S. Bernardini, Reformatorem Bohemiae S. Venceslai, ac etiam
 Poloniae itidem Reformatorem, quas utpote Anno 1445. S. Jo-
 hannes Capistranus e fundamento noviter plantavit: uti harum
 Provinciarum Annales loquuntur, nec ullus in explorata hac can-
 sa ambigendi locus superest. Sed ut unde digressi sumus rever-
 tar ad Proto-Ministrum nempe hujus Provinciae Patrem Joan-
 nem, opera pretium utique foret hujus tanti Viri Acta, & praeco-
 nia

Dividuntur Provin-
 cie, & in hac Hunga-
 ria Separata Provin-
 cia Minister eligitur.

Praga conveniunt
 Ministri.

Coeva est Provincia
 nostra Austriae, Do-
 hemica & Saxonica Pro-
 vincia Patrum Con-
 ventualium, ast longe
 senior Provinciae Obser-
 vantium modernis.

nia enarrare, ad fatum illud, quod omnes fere Hungarice Reli-
giones, nostram etiam Provinciam haud mediocriter affecit, perire
tot injuriis Bellorum, Excidiis, intestinorumque tumultuum
tempore, si quae fortassis Saeculis illis: magis ad Stringendum gladii
Capulum, quam pennam Comparatis manibus: posteritati transmis-
sa fuere: Illud unicum de eodem Proto-Ministro P. Joanne Ar-
chivum Provinciae nostrae tinea & blattis fere absumptum, adhuc
tamen perspicue legendum exhibet: quod hic Proto-Minister Fr-
Joannes Sepultus sit in Franca Villa, & tres Mortuos suscitaverit.
Ita Archivum Provinciae nostrae, seu P. Petrus Terebedy Scriptor
Provinciae de Anno 1534. P. Matthaeus Ramantz de Anno
1558. ac tandem Continuator Utriusque P. Franciscus Vegh olim
hujus Provinciae Minister Anno 1625. ac etiam Catalogus Mi-
nistrorum Venetis Anno 1504. per Simonem de Luere impres-
sus, quae hic recensita Monumenta, utpote Velustissima Archi-
vi homine tota hac Opella mea Compellare volui.

Mors primi hujus
Provinciae Ministri.

Anno 1240.

XIV. Jam Conventus, & Domicilia Patrum nostro-
rum in Hungaria ante hunc 1240. Annum, uti ex dictis li-
quet, exstiterunt: Strigonii etiam Conventum eisdem ab An-
no 1255. incoluisse, jam vidimus; Cum eodem Anno in Re-
scriptis Pontificijs Provinciae Strigoniensis F. F. Minorum men-
tio fiat. Hoc porro Anno Circiter, uti conjicio, novum formale
Monasterium: primum enim exiguum fuerat tugurium pro ea
nascentis Ordinis indole: & aedificaverunt Strigoni, ad quod so-
lemni cum apparatu, sub albo Vexillo introducti fuere Fratres
nostri. Uti insinuat Archivum Provinciae nostrae, dum memorati
Patres Petrus de Terebedy, & Matthaeus Ramantz, ac Catalogus
Venetis Anno 1504. impressus. Ita Catalogum Ministrorum
hujus Provinciae Ordiantur: „Sequuntur Nomina Ministrorum
Provincialium Hungariae a tempore, quo per Belam IV. Fratres
Minores sub Vexillo in Hungariam ducti sunt. Testantur id
ipsum etiam R. R. P. P. Martinus Szent-Ivanyi in suis Ephe-
meridibus, ac P. Samuel Simon e Soc. Jesu in Epitome Chro-
nologica ad hunc Annum. Verum Conventus iste Strigoniensis
dirutus, & solo aequatus fuit, dum Anno insequente Tartarorum
ut Szent-Ivanyus scribit: Quingies Centena millia Hungariam
desopularentur, Sacros Templorum Thesaurus diriperent, plera-
que Monasteria: inter quae Benedictinorum 40. diruerent, ut
non nisi paucula remanerent ad fines Austriae indemnia, va-
stata dein Citeriore Hungaria, duratum glacie Danubium trans-
euntes, prima impressione Strigoniensi Regia Urbe potiti sunt,
ubi

Novum Strigonii
Coenobium erigitur,
& in illud sub Vexil-
lo includuntur Fratres

Illud per Tartaros
evertitur.

Ubi innumerabilem tum Civium, tum maxime Conventuum mu-
 merum miserabilem in modum igne, ferroque consumpserunt,
 muros & aedes everterunt; idem factum fuit Buda Veteri, & ple-
 risque aliis locis minus natura aut Arte munitis. Rex interea
 cum omni Procerum & Nobilium, Religiosorumque quam pluri-
 morum turba, ac praecipuis Regia sua Familia in Dalmatiam
 profugerat; Recedentibus dein solo Dei Hungariae miserentis-
 nutu Tartaris, Rex cum Exulibus in luctuosam rediit Hunga-
 riam. Ita Magister Rogerius in Miserabili Carmine super de-
 structione Hungariae apud Turcozum. Quam rursus pristino flo-
 ri restituerat, ac dispulsis malorum nubibus pristinae felicitatis
 Serenitatem superinduxit, ut adeo Bela IV. Rex, Secundus Paren-
 & velut alter Fundator Sacrarum, profanarumque Aedium merito
 nuncupari queat, Qui etiam novam Urbem Budam postea Hunga-
 ria Metropolim in Monte novo Pesthiensi dicto, iuxta Montem
 S. Perardi primus aedificare coepit, Vetere Buda, seu Sicambria
 relicta, qua dein lapsu temporis, post Mohatsianam cladem vix
 Pagi faciem retinuit.

Rex in Dalmatia
 Confugit. Revertit
 & Hungariam prist-
 no flori restituit.

XV. Ante hunc Annum 1247. Primum hujus Provin-
 ciae Ministrum S. Joannem Philippi Francorum Regis Fratrem-
 jam emortuum fuisse suppono. Si porro quid eum in Ministeriatij
 Officio consecutus fuerit, indagare velim, nusquam praeter Archi-
 vum Provinciae consignatum reperio, in quo ita adnotatum legitur;
 Fr Joannes Secundus Minister Buda apud S. Joannem sepul-
 tus. Hic Petrum Successorem Ministrum a gravi & extrema agritu-
 dine sanavit. Fr Petrus Minister Buda in pariete praefatae Eccle-
 siae reconditus, hic Caecum illuminavit & sanavit. Hucusque Ar-
 chivum Provinciae, seu nominati. Velusti Scriptores P. Petrus Tere-
 besdy, P. Mattheus Hamanty & Catalogus Venetijs Anno 1504.
 impressus. Hi porro duo Joannes & Petrus post Proto-Ministrum
 Joannem nominantur Ministri sine ulla electionis, aut Successio-
 nis determinatio Anno, Provinciam hanc gubernasse ad Annum-
 usque 1288. atque ideo Collectores Catalogi hujus. praenotaverunt
 olim de horum, uti etiam plurium aliorum, Annos Electionis, Officij
 que durantis, tempus. non invenisse; ac proinde eorum Nomina-
 cluntaxat cum omni diligentia, & fidelitate adnotavisse. Verum-
 Bulla Pontificia Innocentii IV. me edocuit inter primum, ac
 secundum Joannem Ministros intercepisse Fratrem Jacobum aequi-
 Ministrum Provinciae hujus Hungariae. In Annalibus equidem R.
 P. Lucae Waeldingi ad hunc Annum 1277. sequentia leguntur;
 Regiam Hungariae Belae IV. Consortem Mariam Praeorum
 Imperatoris

Anno 1247.

Sequentes Ministri
 hujus Provinciae.

Intercedit Jacobus
Minister.

Imperatoris Filiam missis ad Sedem Apostolicam Fr. Ja-
cobo Ministro Hungariae, & Fr. Romano Ordinis Minorum
egisse sedulo pro reductione Joannis Asani Principis Bulgara-
rum, & populi sui ad Sedis Apostolicae Obedientiam, cui Pon-
tifex benevole respondit. Bullarium etiam Franciscanum ita me
erudit Tom. 1. pag. 446. Fr. Jacobus Ordinis Minorum Pro-
vinciae Hungariae Minister, & Fr. Romanus Confessor Regis
Bela IV. destinantur Nuntii a dicto Rege, & Coniuge ejus
Maria Praecorum Imperatoris Filia, ad Summum Pontifi-
cem Innocentium IV. in Causa Conversionis Praecorum Schisma-
ticorum: ut patet ex Bulla ejusdem Pontificis. Quod Dominum
Iesum Christum. Data 30. Jan. Anno 1247. Et reperitur in
Bullario, loco mox citato. Literae vero Regis Bela datae apud
Castrum Ferreum XVII. Kalend. Decemb. dicto Anno legi pos-
sunt in eodem Bullario pag. 797. Quare cum Bullae, Brevia,
Rescriptaque Apostolica, uti & Diplomata Regum, aliisque e locis
authenticis emanata Instrumenta, maxime ad texendas Chronologia-
peritorum iudicio conferre existimentur, non abs re, mea tametsi
privata, fundata tamen Critice adstruere possum, etiam praeter Ar-
chivi Provinciae meae Monumenta, inter primum & secundum Jo-
annem jam numeratos Ministros, hunc de quo Sermonem inje-
ceram P. Jacobum Officio Ministerii functum, eximiusque Ani-
mi, & Corporis dotibus instructum fuisse, cui nempe Rex tantum
tanta negotia tuto, ac fiducialiter concedere potuit, tametsi Hun-
garia tum Ecclesiasticis, tum Antiquioribus Religiosis isto jam
tempore Viris in agendo Consummatis referta esset. Quod clementer
Successu nuntiationem hanc suam P. hic Jacobus Minister confe-
cerit? Quoad usque Provinciam gubernaverit? Uti & duo alii ejus-
dem Successores jam memorati, Joannes & Petrus Ministri, nul-
la me sive domestica, sive peregrina Monumenta edocere value-
runt; Ne porro quid abs fundamento asperam, ad alia magis ex-
plorata Convertere.

Anno 1250.

XVI. Redux ex Dalmatia Rex Bela IV. Strigonii
Conventum iterum novum pro Fratribus Minoribus s: cum prio-
rem Tartari everterint: e fundamentis exstruere coepit, uti & Eccle-
siam clicatam B. Mariae Virgini, quam Auxiliatricem suam vo-
citaverat. Ast Aedificium Anno demum 1275. fuit Consum-
matum. Ita R. P. Martinus Sent-Jovani e Soc. Jesu in Dis-
sertat. Paralip. pag. 199. P. Samuel Simon in Epitome Chro-
nologica ad hunc Annum. Topographia Magni Regni Hun-
gariae P. Michaelis Bombardii e Soc. Jesu fol. 162. 2^{da} die

Strigonii rursus no-
vum Conventus erigitur

Eclit. Vicemensis. In alijs Historijs nihilominus consignatum
 reperio hanc Ecclesiam Sacratam fuisse honori B. V. Mariae,
 & S. Elisabetha Sorori Suae jam Factis Sanctorum adscripta
 Idem Rex, & Filius ejus Stephanus V. qui Historicorum
 judicio Paterni Regiminis Annis quibusdam Consort fuerat, in In-
 sula Leporum juxta Budam aequo pro hac nostra F. F. Minorum
 Provincia Coenobium extruxerunt, cum Ecclesia S. Clare dicata.
 Ita Topographia citata pag. 185. P. Wadclingus noster hunc
 Conventum Insula Leporum Anno 1270. aedificatum scribit
 eo fortasse, quod hoc Anno ad perfectionem venerit, Monasteri-
 um etiam Gittriense hoc tempore, Anno nimirum 1248. extru-
 ctum fuisse patebit ex Secunda parte Collectaneorum.

Uti etiam in Insu-
 la Leporum & Gittria

XVII. Per haec tempora diffusio in omnes partes Coe-
 litio, & crescente bona fama Fratrum Minorum, liberaliter in eos
 sua bona fideles erogabant, aedificantes eis habitacula, Ecclesias om-
 ni Ornatu decorantes, & ad victum quaecumque opus erant, submi-
 nistrantes: quod invidiam & Avaritiam multorum Ecclesiae Praelato-
 rum, & praecipue Parochorum, erga eos excitavit, qui Coeca cupi-
 dine, ut ait Pontifex Gregorius IX: Verba ejusdem adduco: seducti,
 propria aviditati subtrahi reputantes, quid quid Fra-
 tribus fidelium pietas largiebatur, quietem ipsorum multipliciter
 inquietabant: Volebant nempe eorum Confessiones audire, poeni-
 tentiam eis injungere, Eucharistiae Sacramentum exhibere, volebant,
 ut liceret in eorundem Oratorijs Christi Corpus Servari, Fratres
 ipsorum defunctos apud Ecclesias compellebant sepeliri, & eorum
 Exequias celebrari. Et si quis decedentium alibi, quam in suis Ec-
 clesijs eligebat Sepulturam, funus primo ad Ecclesias suas deser-
 ri coegebant, ut oblatio suis usibus cederet, nec Justinentes eos habe-
 re Campanam, vel Cameterium Benedictum, certis tantum tem-
 poribus permittebant eis celebrare Divina, volebant quoque in Do-
 mibus eorum certum numerum Fratrum, Sacerdotum, Clericorum
 & Laycorum, nec non Cereorum, Lampadarum, & Ornamentorum -
 pro voluntate sua taxare, ac Residuum Cereorum, quando noviter
 apponebantur, exigebant ab eisdem, nec permittebant, quod Novi
 Sacerdotes eorum alibi, quam in Ecclesijs suis celebrarent pri-
 mas Missas; eos nihilominus compellentes: ut in quotidianis
 Missis, quas in suis locis, & Altaribus celebrabant, Oblationes
 ad opus reciperent, & reservarent quid quid etiam eis, dum ce-
 lebrarent Missarum Solemnia intra Domorum suorum ambitu
 pia fidelium devotione donabatur, ab ipsis extorquere oblatio-
 nis nomine contendentes, quod eisdem tam in Ornamentis Ab-
 taris

Anno 1255.

Infestantur variis
 modis Fratres nostri
 a quibusdam.

tatis, quam in Libris Ecclesiasticis absolute conferrebat, vendica-
 bant perperam juri suo, cogendo eosdem ad Synodos suas accedere,
 ac suis Constitutionibus subiacere; nec his contenti: Capitula, &
 Scrutinia in locis Fratrum pro iis corrigendis se facturos minaban-
 tur, fidelitatem juramento firmatam ab eorum Ministris, & Cu-
 stodibus exigentes, eosque in Hyeme tam extra Civitates, quam
 intra cum eis processionaliter, ut convenirent, ex levi causa mandan-
 tes. Excommunicationis Sententiam fulminabant in Benefactores
 eorum, & ipsos Fratres comminantes eos de locis, in quibus
 Deo famulabantur, satagebant amovere, nisi in omnibus obedirent
 supra dictis. Adhuc ne Fratres ad honorabiles Civitates, &
 Villas, ubi Religiose, ac honeste valerent commorari, a populis de
 vote vocati, accedere valerent, inhibentes: tam in accedentes, quam
 in receptatores eorum presumebant Excommunicationis Senten-
 tiam promulgare, ab eisdem etiam de Hortorum fructibus decimas
 nec non & de habitaculis Fratrum, sicut de Judaeorum domibus,
 contendebant reditus extorquere asperendo, quod nisi Fratres
 morarentur ibidem, eis ab aliis habitatoribus proventus aliqui
 solverentur. Et ut ipsos subderent totaliter suae ditioni eisdem
 Ministros, & Custodes volebant praeficere pro suae Arbitrio vo-
 luntatis. Haec refert Rudolphus Conventualis fol. 281. Apud
 Wadclingum ad Annum 1231. N^o 55. Placuit intolerabilia
 & multa nimis gravamina ista ex Pontificiis Literis ad verbum
 recensere, ut ex irrefragabili Teste constaret, quas ab ipso ortu
 papa sit Societas nostra Contradictiones. Cecae Cupiditatis
 effectus hi sunt, ut Pontifex scribit: ac subscribunt Inno-
 centius, & Alexander hujus nominis IV. qui eisdem
 verbis Diplomatis vigorem renovarunt. Redacta sunt haec
 in Corpus Juris Canonici Tit. de Excessibus Prelatorum Cap.
 Nimis iniqua, & Cap. Nimis prava. Compescuit porro tanta
 insultandi libidinem Gregorius Anno 1231. Diplomate
 dato Reate ad Universos Ecclesiarum Praelatos XII. Kalend.
 Septemb. Cujus Diplomatis meritum, si aequali lance libe-
 tur, praedictisque haud imbutus Arbitrarius accedat, pronun-
 ciabit utique Privilegia Exemptionis vestro, aliisque Ordi-
 nibus jure merito attributa fuisse.

XVIII. Anno rursus 1252. Renovavit Pontifex
 Privilegium Fratibus, jam antea concessum Lugduni Romae
 Aprilis Pontificatus sui Anno VII. ut nimirum Ecclesie
 Fratrum, ubi conventus edificabantur Conventuales appella-
 rentur, idque non alia de causa, quam ut Monasteria
 distinguerentur

distinguerentur ab Eremiticis, & possent Fratres uti Privilegiis
 & gratiis Ecclesiarum Conventualium, aut Collegiatarum, & alia-
 rum honorabilium Congregationum; memoratis enim molestiis,
 & gravaminibus, quae Fratres ab Ecclesiarum Praealio patiebantur,
 occurrere voluit Gregorius IX. & Innocentius IV. in
 ter qua: sicut paulo ante vidimus: haec numerantur: Quod Eucha-
 ristiam in Ecclesia sua aservare non permitterentur, nec Fratres
 defunctos ibidem humare, nec Campanam habere &c. Ecclesiae
 autem Collegiatae, sive Conventuales oppositis, aliisque multis
 Privilegiis ex jure gaudebant, quae per hujus nominis adjectionem
 voluit Pontifex Minorum Ecclesiis affigere. Eandem autem esse
 quoad hoc Ecclesiam Collegiatam, & Conventualem: Constat ex Cap.
Nobis fuit de jure Patronatus. Ubi Nota: Conventualis inquit,
 Ecclesia dicitur: ex quo duo, vel tres in Collegio sunt. In Consti-
 tutionibus etiam Philippi Farinerii in Comitibus Generalibus Anno
 1354. editis, quas Antiquas Ordinis vocamus: fit mentio lo-
 corum, seu Domiciliorum Fratrum Conventualium & non Conven-
tualium. In locis inveniunt Conventualibus infra Septem dies, in
 non Conventualibus infra tres ad plus suum Officium exequantur
 Visitatores, ubi ex distinctione apertus est Sensus vocabuli Conven-
tualis, illudque accipi pro Collegio simul habitantium, sub com-
 muni sorte vivendi, & in Claustro; atque in hac acceptione usurpa-
 ta est vocula haec semper inter nostros, ut tandem frequenti usu,
 & admissio apud omnes sensu idem significavit nomen Conventualis
 quod Claustralis, quia vivebant simul in Collegio, Conventu, &
 Claustro, idque videre est in multis Bullis Pontificiis praesertim
 Julii II. Cum multa graves. Data Anno 1506. die 16. Junij
 in qua tanquam Synonymis utitur nominibus Conventualium, &
Claustralium. Nescio itaque, quos alios Sensus ex hoc verbo
Conventualis exsurgere velit P. Petrus Rodolphus pag. 149. Imo
 omnes moderni P.P. Conventuales, seu populari vocabulo Minor-
vitae dicti, ad Congregationem suam P.P. Conventualium dictam
 aliunde multis Titulis illustrem Commendam, atque in eo ma-
 gis dictus P. Petrus Rodolphus mihi errasse videtur, quod sub
 Anno 1212. nempe ab ipsius Religionis nostrae primordiis affi-
 xum hoc nomen affirmet ab Innocentio IV. Idque ad Suppli-
 cationem B. P. nostri Francisci, qui tamen sicut asseruntur tan-
 dem oculis: Annis sexdecim ante Assumptionem Innocentii IV.
 ad Pontificatum ex hac decessit Vita. Hic enim Pontifex creatus
 fuit Anno 1243. VIII. Kalend. Julij, Franciscus vero desi-
 it esse in humanis Anno 1226. Quomodo ergo Privilegium hoc
 potuit Innocentius IV. concedere Anno 1212. aut id ab eo
 petere

Sensus vocabuli
 Conventualium genui-
 nus explanatur.

petere Franciscus? Ipsum autem Diploma Vere hoc Anno. —
1252. & non antea datum, pro Uberiori dicendorum notitia, ex ve-
teri Ordinis nostri Registro transcribo, quod tenoris est sequentis.

Generali & Provincialibus Ministris, ac alijs
Fratribus Ordinis Minorum.

Cum tanquam Veri & fideles Christi
Ministri elegeritis vobis in Como Comini mansiones, dignum
esse credimus: ut habitacula Vestra inter alias Congregationes
honorabiles fidelium statuamus. Hinc est igitur, quod Vestris
supplicationibus inclinati, Presentium Authoritate decernimus,
ut Ecclesie Vestrae Omnes, ubi Conventus existunt, Conventuales
vocentur, Concedentes vobis nihilominus licentiam, ut ipsis Ecclē-
siis ad opus Fratrum Vestrorum habere libere Cœmeteria va-
leatis. Nulli ergo hominum &c. Datum Perusii XII. Kalend.
Septemb. Pontificatus nostri Anno X. Ita refert Waddingus
ad Annum 1252. No 25.

Inare s: absit Cavillatio: s: dum Scapham Scapham nomi-
nare jubemur, minus sincere videntur agere ii, qui S. Francis-
cum, S. Antonium jam ante hæc tempora emortuos, il-
lum quidem Ordinis Minorum Conventualium Fundatorem,
hunc Ordinis Minorum Conventualium professum inscribunt,
cum ante hunc Annum 1252. nulla usquam fuerit mentio
Conventualium. Sed nec sequentes Ordinis nostri sive Sanctos,
sive Ministros Generales hoc nomine Conventualium ad ipsum
usque Concilium Constantiense, aut s: ad summum: s: tempus
illud, quo Observantes: Regulam nimirum S. Francisci, uno,
eodemque Compellari coepere, afficere cum veritate possunt; —
istud enim apud P.P. Conventuales Modernos tantis Mysterijs
refertum nomen, non in alio, quam s: uti præmiseram: s: Claudia-
lium sensu semper antea intra Ordinem nostrum usurpatum
fuit. Ast a tempore, quâ Observantes contra Relaxatos, & di-
spensatos juxta zelum Regula, quam professi sunt, invaluerunt
Authoritate Pontificum, Illi quidem in sensu genuino Observan-
tes, Hi vero de Communitate & Conventuales nuncupati fue-
re. Hæc quidem facta sunt olim, fiuntque hodie, ad persua-
dendum s: ignorantibus: s: Patrum Conventualium præ Observanti-
bus Antiquitatem, ac immediatam a S. P. Francisco Condes-
ensionem, quam quidem prætextam Pontificijs edictis, ipsos —
aque, ac hos Observantes, & Reformatos Stringentibus, jam du-
dum

Taxatur usus Voca-
buli Conventualium

dam prohibitus non impeto: Sufficit tamen Omnibus Nostratibus
 Antiquitas illa, qua Omnis Regula est ante Exceptionem, & di-
 spensationem. Imo emota mentis Fundator Religionis cujuspi-
 am sit ille, qui sequacibus suis Regulam Vigorosa[m] Statuat, qua
 observare non teneatur, sed per dispensationes mitigatam sequan-
 tur. Sed & illud ꝑ: esto per parenthesis: ꝑ: prorsus mirandum, quod
 S. Franciscus aequè, ac S. Antonius, uti & Ceteri Ordinis-
 Nostris Sancti, ipsis etiam Pontificum Oraculis ab Observantia Re-
 gulari Commendati, Calceati tamen depingantur, sculptantur que
 cum Inscriptione Vera Effigies: Cum tamen hoc in Indice Libro
 rum prohibitorum ex Rom. Camera Apostolica vetitum appa-
 ret. Mirum inquam: quod Calceati exhibeantur, quasi cum Regu-
 la admittat, ut qui necessitate coguntur, possint portare Calceamen-
 ta, Sancti illi Agroti semper, ac pedibus omnes male affectis vixe-
 rint, aut pro Commendata illa Regula pura Observantia, dispon-
 sationem extorserint: ita vimirum non amissi lapidem, sed lapidi
 ipsam amissim, non Calceum pedi, sed Calceos pedem aptare con-
 tendunt. Ast hæc obiter, suo loco fusiis, nunc ad propositum.

Ulti & pictura ex-
 hibens Calceatos Or-
 dinis nostri Sanctos

XIX. Controversiam memoratam ratione Ecclesiarum-
 Conventibus nostris junctarum: an nempe ea Conventuales es-
 sent, etiam in hæc Hungaria Nostra? Prelatos inter Ecclesie, &
 Fratres nostros, ac pertinaciter quidem intercessisse, inde apparet,
 quod posteaquam Innocentius IV. ꝑ: uti præmissum est: ꝑ: jam-
 omnes Ordinis Nostris Ecclesias Anno 1252. Conventuales esse,
 Edicto Orbis & Urbis sancivisset, Postea etiam Anno 1255. Ale-
 xander Papa IV. Privilegium Fratribus hujus Nostræ Provincie
 Hungariæ distinctum contulerit, cujus virtute Fideles omnes in
 Ecclesijs nostris diebus Dominicis, & Festis Missam audire, & Ecclē-
 sia Sacramentis a Fratribus refici possint. Bulla incipit: Quædam
ab Apostolica & C. Datum Laterani II. Idus Decemb. Anno I.
 Inscripta est Bulla Archi-Episcopo Strigoniensi, & Episcopo Be-
 thueni ꝑ: fortasse Pesthiensi, seu potius Tacziensi, qui juxta Chro-
 nologos Patriæ ob viciniam Regis, ac suæ Diocesis, Pesthini Resi-
 dere solitus fuerat: ꝑ: Asservatur que ipsam Originale sub plumbo
 in Archivo P.P. Conventualium Viennæ ad S. Crucem, videlicet: ut
 Conjectare fas est: ꝑ: temporibus horum olim repositum, quibus
 Turcæ, ac dein Hæreticis in Hungaria prædominantibus, ipsa etiam
 Capitulorum, aliorumque Credibilium locorum Archiva in fimitima
 & tutiora loca fuere translata.

Privilegium conce-
 dit Pontifex Pro-
 vincie hujus.

XX. Quamquam hoc tempore multiplicati jam fuerunt Anno 1258.
 Conventus

Conventus nostri in Hungaria, ut tertio ab hinc Anno jam Octo
 Custodias, & plures sub quavis Custodia Conventus hęc Provincia
 numeraret, quod mox uberius Commemoraturus sum. Cum tamen
 Mesis in Multitudine excederet Operariorum Numerum, Papa
 Alexander IV. Plurima Privilegia contulit Fratribus Minori-
 bus necum in Hungaria, sed & in ceteris Regnis commorantibus
 juxta Bullam hoc Anno 19. Aprilis editam. Cum For. &c.
 Dilectis Filijs Fratribus de Ordine Minorum in Terris Sarace-
 norum, Præcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Aethiopum, Syro-
 rum, Iberorum, Alanorum, Pazarorum, Pothorum, Lichorum,
 Ruthenorum, Jacobitarum, Subianorum, Gestorianorum, Peory-
 gianorum, Armenorum, Indorum, Moscellinorum, Tartarorum,
 Hungarorum, Majoris Hungarie s: ultra Danubianę ubi Schi-
 smatici plurimi: Christianorum Captivorum apud Turcas, alia-
 rumque Infidelium Nationum Orientis, seu quarumcunque -
 partium proficiscentibus. — — — Posigitur, quos juxta pro-
 fesse Religionis Officium zelus comedit Amimarum, & in qua,
 virga quarta, quam Varijs Charismatum donis, & fidei fortitu-
 dine trahitis, ubique discurrere, ac Vexillum Regis Florie pro-
 cul levare gestitis, ad Pentes, que Jesum Christum Dominum
 non cognoscunt, & ad Subtractionis filios, qui Sanctę Romane
 Ecclesie non obediunt destinamus; Privilegia vero in eadem Bulla
 ipsis attributa fuere sequentia: ut Prædicare, Baptizare, in-
 Unitatem fidei Orthodoxę aggregare, ab Excommunicationibus,
 aliisque Censuris absolvere valerent, item dispensare cum
 iis, qui his irreliti, aut Ordines susceperunt, contulerunt, aut
 Divina celebrarunt, dispensare in gradibus ab Ecclesia prohibitis
 in Ordine ad Contracta Matrimonia, Sacramentum penitentię,
 Eucharistie, uti & alia consveta administrare, Cum Irregula-
 ribus: Casibus in iis, in quibus solent Legati Sedis Apostolica
 dispensare, etiam in defectu Natalium, dummodo non sint de ad-
 ulteris, vel incestu, aut Regularibus procreati. Item absolvere
 Occiores etiam Clericorum, & Religiosorum, uti & absolvere
 Apostatas tam Status Ecclesiastici, quam Regularis. Fundare
 Ecclesias, & reconciliare eas, Rectores iis idoneos proponere, Cau-
 sas Matrimoniales etiam ad Audientiam Sanctissimi delatas
 legitime cognoscere, refractarios per Censuram Ecclesiasticam
 adigere, Missas & Divina Officia in locis ubi resederint, celebra-
 re, Cameteria benedicere, Indulgentias largiri &c.; Vide Wactm,
 gum ad hunc Annum N^o 1. Et Bullarium Franciscanum
 pag. 285. Hac cō adclucere placuit: ut posteritati imotescat,
 que fuerint Majorum Nostrorum Studia, quęve Causa, quod
 tantillo

Privilegia Minorium
 nostrorum olim
 data.

tantillo tempore ab ingressu in Hungariam adeo multiplicata fuerint Coenobia nostra.

XXI. In Capitulo Generali Narbone sub Ministe-
riatu S. Bonaventurae Balneo-Regiensi hoc Anno celebrato,
actum fuit de numero, Ordine, & Terminis Provinciarum, per-
universum Orbem mirum in modum jam propagatarum, taxatis-
jam per Gregorium IX. earundem finibus. Ita Chronologia
Historico-Legalis ad hunc Annum. Ubi Waddingo Omnes Pro-
vincias sine ullo Cis, aut ultra Montanarum discrimine, cum
Custodijs referente, haec nostra Hungaria Provincia Custodias
sequentes recenset hunc in modum: Provincia Hungaria habebat
Custodias Octo: Primam Iaveriensem, seu Iaurinensem, Secun-
dam Zagrabiensem, Tertiam Syrmiensem, Quartam Strigoni-
ensem, Quintam Quingue-Ecclesiensem, Sextam Agriensem,
Septimam Transylvaniam, Octavam Albensem. Ita Waddingus
ad hunc Annum Pro 14. Non potest Catalogus iste: ut novel-
lus quicquam Scriptor molitur: ad posteriores Annos relegari;
Acta enim Capitulorum, ex quibus integerrima fide tum Chro-
nologia Ordinis nostri, tum Annales dicti, transumpta fue-
runt, eundem exhibent: Nec quicquam in obversum adfert, quod
non levi brachio dissipari valeat.

XXII. In his etiam Comitibus Narbonensibus S. Bo-
naventuram Generalem Ministrum exterioris nostri habitus
mensuram mutasse, seu potius Caputii formam alterasse, pra-
ter Chronologiam Historico-Legalem pag. 27. Coll. t. Constanti
etiam exterrorum est Sententia. Ita Petrus Palesin in ejus Vita
Cap. 7. Fratrum, qui antea Capite aperto, Capillisque promi-
sis, ac sparsim defluentibus, vituque Pastorum incedebant, Vesti-
turi cucullum adiecit. Raphael Volturnanus Lib. 2. Antropol.
Habitu, quo nunc utuntur Fratres, instituit Bonaventura-
cum prius pastoralis modo incederent. Item Hieronymus Cor-
thesius in Historia Veronensi part. 1. L. 7. ad Annum 1250.
Erant hi Fratres, sicut ab exactissimis Antiquitatibus illius In-
stituti in clagatoribus accepi, griseo vestiti, nudipedes incedebant,
in habitu pastoritio habentes in Capitis acumen aliquando promi-
nens, non vero adeo protensum, sicuti modo portant PP. Capu-
cini. — — — Post aliquot Annos datus eis fuit habitus, quem
modo portant s. Observantes, & Reformati: a S. Bonaventura
Balneo-Regiensi: alta interim mente repositum tene, quod S.
Congregatio Anno 1658. 10. Junii prohibuerit omnes
pursus

Anno 1260.

Catalogus Custodiarum hujus Provinciae legitur.

Forma habitus & Caputii a S. Bonaventura instituitur.

provisus Libros impressos, vel inconsulta S. Congregatione imprimendos, tractantes Controversiam de Vera forma Caputū S. Francisci, pro Cujus fastigiata Cuspide tanquam pro Axis, & focus nonnulli dimicaverant, & Index Generalis Librorum prohibitorum sub Litera J. Sic Statuit: Inscriptiones Omnes Imaginum S. Francisci, & Antonii Paduani, in quibus dicitur formam habitus esse eandem, qua ipsi usi fuerunt. Subaudi: Prohibentur interim pro Observantibus, seu quod s: in Summa Veri idem est: Reformatis. Annō 1726. Roma absolute decisum est, & post multorum Annorum Processum, ac Operis dilationem tandem Resolutum: Ut in Vaticana Ecclesia inter Ceteros Sanctorum Ordinum Fundatores, sub forma habitus P.P. Observantium erigeretur Statua S. Francisci, prout jam eam ibidem videre est. Ita P. Joannes Matare in Dialogo Chronologico-Charitativo fol. 56.

Annō 1762.

X XIII. Stabilita jam s: ut paulo ante innumeram: Custodia Syrmienſi, tanta Patrum nostrorum Sanctae Conversionis fama publica increbuit, ut ipse Episcopus Syrmienſis Oliverius Suae Conscientiae, & Saluti Consulturus, Magistrum Thomam Thesaurarium, & Petrum ejusdem Ecclesiae Canonicos ablegavit ad Papam Urbanum IV. qui Cessionem, Resignationemque Episcopatus indicarent, & transferendi ad nostrum Fratrum Minorum Ordinem facultatem impetrarent. Pontifex scripsit eatenus Collocensi Archi-Episcopo. Significavit Nobis. Urbe Veteri Annō 1763. Idibus Decembris, ut examinaret Circumstantias, ac Rationes hujus Cessionis, & Resignationis, quas si legitimas Comperiret, jubet Authoritate Apostolica eandem Resignationem admittere, & a vinculo, quo eidem Ecclesiae tenebatur absolutum, ad praedictum Ordinem transire ^{posse.} ~~admittere.~~ Via etiam in Transylvania Ordo & Provincia Nostra Domicilia, & jam supra insinuatam Transylvaniae Custodiam fixerat, mox Fr. Henricus Ordinis nostri professus, olim Stephano-Politarnus, seu-Basfomanus Episcopus, dein Coronensis in Transylvania, ac hoc Annō ad Regendam Chiemensem, alias Himensem s: quid corrupta per Italos vocabula interpretabitur: in Permania sub Archi-Episcopo Salis-Burgensi diu vacantem translatus fuit. Littera translationis incipiunt: Divina Sapientiae inscrutabilis Altitudo. Data Urbe Veteri Idibus Febr. in quibus Pontifex Urbanus IV. hunc Henricum de Ordine Fratrum Minorum, quondam Episcopum Coronensem, Virum providum & discretum, Vita & honestate decorum, Literarum Scientia praeditum, & Con-

Oliverius Episcopus
assumit resignato-
Episcopatu Insti-
tutum nostrum.

Fr. Henricus Ordinis
nostri post Coronensem
in Transylvania
Episcopatum trans-
fertur ad alium.

25

Filii maturitate præclarum pronunciat; ac quatenus eidem Episcopo: Clerus & Civitas Chiemensis: tanquam Patri & Pastori Amimarum plenè, ac humiliter intendat Obsequentiam, ac Reverentiam debitam & devotam, ejusque salubria monita, & mandata suscipiendo devotè & inviolabiliter observet per Apostolica Scripta præcipit. Ita Wadclingus ad hunc Annum 17.

XXIV. Fr. Præterus Ordinis Minorum Poenitentiarum & Capellanus Pontificius, ab Episcopo Zagrabienſi Timotheo assumitur in Procuratorem Generalem: fortasse Vicarium Ine Ecclesie, quem eodem Anno confirmat & instituit Urbanus Papa IV. per Bullam: Inter alias Sollicitudines &c. datam apud Urbem Veterem X. Kalend. Febr. Ita Bullarium Franciscanum pagina 536. Bela IV. Rex Hungarie mittit Fr. Paulum Ordinis Minorum, hujus nostre Provinciae Alumnum ad Summum Pontificem Clementem IV. in Causa Ecclesie Zagrabienſis afferantur Credentiales Literæ Romæ in Archivo Castri S. Angeli quas Rex scripsit in Castro Visegrad III. Idus Octob. Ao. 1265. Idem Papa Clemens IV. edidit hoc Anno Decretum Contra nonnullos Ordinis, ac verosimiliter etiam Provinciae hujus nostre insectatores, quod postea Anno 1454. transumptum fuit, asseraturque Originale in Archivo Provinciae nostre, estque tenoris sequentis: Nos Capitulum Ecclesie Posoniensis memorie commendamus: quod Religiosus Vir F. Ludovicus Ordinis Minorum Pærdianus Posoniens. coram Nobis Personaliter constitutus, exhibuit Nobis, & presentavit quoddam Literas Sanctissimi Patris in Christo P. & P. Q. Clementis Divina Providentia Papa IV. in pergamento patenti, in pendenti emanatas, & sigillo suo Papali in serico plumbatas, more Curie Romanæ petens nos debita cum Instantia, ut tenorem earundem de Verbo ad Verbum vestris Literis similiter patentibus transcribi, transcribere faceremus, quarum tenor Verbalis est per omnia talis:

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei.
Dilectis Filiis Generali & Universis Ministris,
& Pærdianis, ac Fratribus de Ordine Fratrum Minorum.
Salutem & Apostolicam Benedictionem.

In quibusdam locis aliquando illas prout accepimus, persecutiones & Angustias sustinetis, ut vix sit possibile, quod ibidem Conditori Omnium valeatis, prout cupitis devotam impendere famulatum; hinc est, quod Nos vestra providere

Anno 1264. & 65.

Fr. Præterus assumitur in Vicarium Ecclesie Zagrabienſis.

Fr. Paulus ablegatur ad Pontificem.

Protegit Pontifex Fratres nostros.

dere quieti, & malignorum malitijs obviare volentes, ut nullus de cætero Ecclesias, aut loca Vestra ausu temerario presumat infringere, aut in illis violentiam damnabilem exercere, Authoritate Præsentium districtius inhibemus, illi vero, qui Divini Nomini postposito timore, secus facere presumpserint, ipso facto Sententiam Excommunicationis incurrant à qua non possint absolvi, nisi per Sedem Apostolicam, & per Conservatores ab eadem Vobis, aut eidem Ordini deputatos. Nulli ergo &c. Datum Perusii **III.** Kalend. Julii. Pontificatus nostri Anno I. Nos igitur petitionibus dicti Fratris Ludovici iustis, utputa & rationi-consonis favorabiliter inclinati, tenorem dictarum Literarum Papalium non abradas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte vitiatas, sed prorsus omni suspitionis vitio carentes, sine diminutione, & augmento abiguali. Privilegiis vestris Literis similiter patentibus, de Verbo ad Verbum transcribi transunio fecimus, uberiores eorum ad cautelam. Datum Feria II. proxima post Dominicam in Ramis Palmarum Anno Dni 1454.

Anno 1269.

Custodia Cracoviensis
huic Provinciae accep-
sit, & max accepit.

XXV. In Comitibus Generalibus sub S. Bonaventura Apisij celebratis, Custodia Cracoviensis Provinciae Polonie in corporata fuit huic vestre Provinciae Hungarie, ad post triennium in Capitulo Generali Pise sub eodem S. Bonaventura coacta denuo redelita fuit Provinciae Bohemo-Polonica. Ita Mellisannus ad hunc Annum Nro 1. & V. Eodem Anno Buda Regia Magnificencia à Bela IV. Rege constructur Coenobium Fratrum Minorum, Divo Joanni Baptista devotum, à quo vicina porta nomen accepit. Ita P. Samuel. Simon e Soc: Jesu ad hunc Annum. Idem affirmat Turczinus ex eadem Soc: Jesu in Hungaria suis cum Regibus compendio data. Videlicet: „ Amplius quid de Buda nova in comperto habemus, Urbs hæc ipso fere ortus sui initio Fratres Minores accepit, quibus Regiam prorsus habitationem Bela IV. construxit Anno 1269. Adhuc Divo Joannis Baptiste Magnifico Templo, à quo vicina Urbis porta nomen traxit. Terna præterea coluit isthuc loca idem Ordo. Ad uterque palmariter errat in Titulo Ecclesie; Non enim Divo Joanni Baptiste, sed Evangelista dicata fuit. Ecclesia, uti explorata Ordinis vestri Monumenta tradunt, Sed & Annus non iste, sed in Continenti sequens assignandus est. Quare

Buda Coenobium
erigit Bela IV.

Anno 1270.

XXVI. Rex Hungarie idem Bela IV. in Honorem S. Joannis Evangeliste Ecclesiam, & Coenobium amplum Buda aedificat. Ita Archivum Provinciae, ac etiam Topographia Magni Regni

Regni Hungariae pag. 201. Ubi etiam Coenobium alterum
 in Insula Leporum cum Ecclesia S. Clara dicata ꝑ: jam ut vi-
 dimus Anno 1250. inchoatum ꝑ: quod tamen sepe fatus Rex
 Bela IV. simul cum Filio Stephano V. junctis impendijs
 exstruxit, ac utrumque Fratribus Minoribus, Patribus. ~~et~~ in
 hac Provincia nostris incolendum tradidit.

Consummatur, Con-
 ventus Insule Leporu.

XXVII. Expleto Concilio Lugdunensi a Reditu Praeco-
 rum ad ~~Premium~~ S. Romanae Ecclesiae celeberrimo, Pontifex
 Gregorius X. Praedicari ab Omnibus Ecclesiae Prelatis, & ab Or-
 dinibus Praedicatorum & Minorum Crucem contra Saracenos, in
 Subsidiium Terra Sancta, ^{juisset} pro quo decimas per omnem Statum
 Ecclesiasticum Solvi voluit Sex Annorum spatio; devotissimasque
 eatenus dedit Pontifex Literas, Ceteros inter etiam Provinciae hu-
 jus Nostrae Hungariae Ministro. Si Mentis Fideleium. Lugdu-
 ni Idibus Novembrij Anno III. Vide Literas has per extensum
 apud Wadelingum ad hunc Annum ꝑ: 32. & 33. Quae Pontifi-
 cis Voluntas alioguin Currentibus Calcar addidit, uti e sequen-
 tibus patebit.

Anno 1274.

Jubet Pontifex pra-
 dicari Crucem con-
 tra Saracenos.

XXVIII. Hoc eodem Anno 1275. In die Inventio-
 nis S. Crucis Bela IV. Hungariae Rex S. Elisabetha Germa-
 nus Frater decepsit in Insula Budensi: cum tertio Ordini adju-
 dicat Marianus l. 2. Cap. 28. Ac facile credere licet, eum
 hoc Sanctoris Vita genus admisisse, qui sub eodem Ordine Ger-
 manam Sororem tanta Sanctitate, & miraculis florentem conspe-
 xit. Rex fuit Omnibus numeris absolutus, tametsi multis fue-
 rit conflictatus Calamitatibus, uti irrumpentibus Tartaris, Exilio
 in Dalmatia, & hoc ipso tempore ereptis per Ducem Austriae:
 haec erant ~~etiam~~ olim preposterata vicinie jura, ut Dynasta vi-
 cinus, presum viciniam, oppressum iret: tribus in Hungaria
 Comitibus, ac demique dispendijs diu, acriterque cum Filio, &
 Successore suo Stephano V. non nisi Pontifice intermediente
 compositis. Post fata illum acerbis gemitibus deploravit, luctu
 que Universa Pannonia; Ordinem Provinciamque Nostram mul-
 tum dilexit, Cujus Rei Argumenta declinamus Superius ꝑ: 11.
 pluribus nempe domicilijs, Strigoni Secundo, Budae, ac in In-
 sula Leporum aedificatis. Ante Mortem suam vivus, & sanus
 prope Magnam Aram Strigoni in Ecclesia Auxiliatricis B.
 Mariae Virginis juncta Conventui nostro in Pubro Marmore
 nobile posuit Monumentum, quo Antea Conditus fuit Filius ejus
 Natu Major Dux Bela, deinde ipse hoc Anno, ac tandem post
 fata

Anno 1275.

Moritur Rex
 Bela IV.

Ejus in Ordinem ac
 Provinciam nostram
 propeusio.

sepultus Strigoni
 fata

fata hujus Regis etiam Maria Regina consors sua, Imperatoris Precorum Filia, quam pariter Tertii Ordinis Sectaricem, & Monasterii Clarissarum Campi-Regum in Austria Fundatricem vocat Marianus Citatus.

XXIX. Hinc seu ex Regis, & Ducis in dicta Ecclesia nostra B. Virginis Auxiliatricis, conditi nempe Regis **Belce IV.** & Filii ejus Ducis Hungarie memoria, Sigillum Primum, & Acta invariatae Provinciae nostrae Originem traxisse, constans est, ac fuit Patrum nostrorum, Veronique Humilissima traditio, in quo sub Ara, concamerata Testudinis imago B. Marice Virginis Patrone Hungarie Effigiem ostentante, Rex, Dux visuntur, Regina fortasse eo tempore nondum Coelo matura in visis agebat, id quod confirmat Epitaphium Monumento Regis **Belce IV.** inscriptum olim

Inde Origo Sigilli
Provinciae.

III

Aspice rem Charam, tres cingunt Virginis Aram:
Rex, Dux, Regina, quibus adsint gaudia trina.
Pancis interpositis sequebatur.

Dum licuit, tua dum vixit Rex **Bela** potestas.
Fraus latuit, pax firma fuit, regnavit **Bonestas**.
Ita cum aliis Regni Chronologis Innocentius Parte 2. Tit. 76.

XXX. Post haec Philippus Archi-Episcopus Strigoniensis gratiosissima ejus memoria percitus, usurpata licentia Regis Stephani V. Corpus **Belce IV.** Regis e suo Mausoleo in Ecclesia Conventus nostri per ipsum Regem electo, & tumulato, hinc in suam Metropolitanam Basilicam transtulit; aegre ferentes hoc Patres nostri, tantum nempe ereptum sibi Thesaurum, & Templi decus: hanc rem in Romanum delulere forum. Agitata diu causa, tandem iudicatum, ut ereptum Corpus, in proprium referretur Sepulchrum. Ita Waddingus ad hunc Annum §. 3. Factum istud, uti & Obitum **Belce IV.** refert P. Nicolaus Schmidt e Soc: Jesu in suo Novissimo de Archi-Episcopis Strigoniensibus Compendio ad Annum 1270. Idque ex Innocentio pag. Mihi 187. dicitque jussu Pontificis Gregorii Corpus **Belce** Regis priori Mausoleo redditum fuisse. Consentit in idem P. Simon e Soc: Jesu ad Annum 1270. Ast pace tantorum Virorum s: ut ut illi ceu polyppus Saxo adhaereant nonnullis Regum Decretis, per transcribentes saepe vitari solitis: in his consignandis prevalere mihi videntur Authores nostri, qui ad hunc Annum 1275. referunt mortem & restitutionem

Ereptum Corpus
Belce IV. Regis
debit restitui.

Restitutionem Pelce IV. Regis Corporis, ut Waddingus, ac etiam Bonifacius Decade 2. C. 8. a quorum Chronicis nec Turcozins, nec Simon, nec Schmidt receperunt, si voluissent attentius observare Gregorium Papam X. Cujus jussu restitutum tradunt Corpus Regis: post triennale Sedis Romanae Vacantis tempus, demum Anno 1271. Mense Septembri electum, & 1272. Coronatum fuisse. Uti apud Ecclesie Chronologos: Parvium, Platnam, Ciaconum, Severinum. ~~in~~ in Vita Gregorii Certum & irrefragabile est.

XXXI. Stephanus V. Optimi Parentis: si Similitate ex Ambitione, que Sanctos etiam adussit, cum Patre gestas excessit: non malus Filius, eodem Anno, quo Pater obiit, totius Hungarie, ac Regnorum Corona sua adnexorum Regimen suscepit; ut vix triennio supervixit, obiit enim hoc Anno 1278. sepultus in Insula Rudensi. Ita preter alios Ambrosius in Compendio Chronologia Hungarie pag. 79. Cum vero: Uti jam meminimus: Conventum Ordinis, & Provinciae Nostrae, cum Ecclesia S. Clara dicata, ipse cum Patre suo aedificaverit, prona est Conjectura, quod in hac tumultatus fuerit. Hic Stephanus V. Rex Hungarie habuit Filiam Mariam, qua ex Carolo II. Siciliae Rege Marito suo genuit Ludovicum, qui postea Ordinis nostri Minorum nomen dedit, & mox Tolosanus in Pallia Episcopus. Creatus est a Bonifacio VIII. nec diu a morte sua: obiit autem Anno 1299. 19. Augusti: Sanctorum Catalaeyo adscriptus fuit per Joannem **XXII.**

Anno 1278. Succedit Stephanus V. Moritur, & tumulatur in Insula Rudensium. Episcopus Regis est S. Ludovicus Episcopus Tolosanus.

XXXII. Hoc eodem Anno Nicolaus III. Pontifex uti erat Magnanimus, & rerum Agendarum Majestate-praeclarus, misit Confestim manum ad fortia, cum Universis fere Principibus de rebus gravissimis, & Christianae Religionis Incrementis tractavit; cum Imperatore quidem Praeorum de firmanda Unione Ecclesiarum, cum Rege, & Imperatore Tartarum de fide Orthodoxa inter suos propaganda, cum Hungaris de Convertendis Cumanis, de his, uti & alijs ejus excelsis negotijs infracto Animo promovendis, ac potissimum interveniente F. F. Minorum Opera exequatis. Vide Waddingum ad hunc Annum Re 2. & Segg. Id tamen, quod propius hanc Nostram Hungariae Provinciam ^{attinget} ~~attingit~~ amittere nequeo: Quam plures nimirum hoc tempore, Patres, & decessores nostros ad Tartaram Pentem perrexisse, convertisque multos ex eis, indicant Sequentes Literae Pontificiae, in quibus Philippus Episcopus Firmans

Fratres Minores ad Convertendas Tartaros & firmandam Unionem Ecclesiarum destinantur.

Firmanus Apostolicae Sedis Legatus in partibus Hungariae admonetur: eosdem Carere Subsidio, & Auxilio Episcopi, atque se velle hunc defectum supplere.

Venerabili Fri Philippo Episcopo Firmano Apostolicae Sedis Legato.

Sicut Dilectus Filius Minister Provincialis F.F. Ordinis Minorum Regni Hungariae Nobis significare curavit, quam plures Fratres ejusdem Ordinis inter Tartaros commemorantur, qui fidem Christi gratiosis Studiis annuntiantes eisdem, multos ex eis ad fidem ipsam Divina Cooperante Gratia convertunt cum autem nullus sit ibi Catholicus Episcopus, qui eosdem Fratres ad Sacros Ordines valeat promovere, & Civitas de multo in Confinibus Tartarorum jam pridem per praedictos Tartaros destructa fuerit, & alii Catholici habitatores extiterint quadraginta Annis, & amplius jam elapsis. Fraternitati tuae per Apostolica Scripta mandamus, quatenus pro utilitate Animarum, si Episcopus imbi: ut praedicitur: esse Consvenerit, de Proventibus ad Sedem Apostolicam spectantibus, si qui pro venire possent, ne vilesceret Pontificalis Auctoritas - - & alijs Circumstantijs diligenter inquisitis, quod de praemissis inveneris, Nobis per tuas Literas, hanc Seriem Continentes, Studeas fideliter intimare. Datum Viterbii Romae Octobris Anno I. Ita Bullarium Franciscanum Tom. 3. pag. 347. Et Registrum Vaticanum No 180. Anni 1238.

Patres hosti inter Tartaros commemorantur, ingenti cum tractu desiderant Episcopum.

XXXIII. Ad aliam item efferam Gentem Cumanorum, jam antea Anno 1238. ea Conditione a Bela IV. Rege Civitate donatam, ut sese Fidei Orthodoxae addiceret, misit Pontifex Nicolaus III. Patres hujus Nostra Provinciae, qui inconfusibiles operarios, verba vite tractantes. Scripsit itaque ad nostrum Hungariae F.F. Minorum Provinciale Ministerium, ut ad eosdem Cumanos destinaret ex suis Fratribus, quos idoneos judicaret Praedicatores, & Sacramenti Baptismi, quem conferri Conversis indulset, prudentes Ministros; Literarum tenor est iste.

Scribit Pontifex Minister hujus Provinciae, ut plures operarios ad Cumanos destinaret.

Ministro Provinciali Ordinis Fratrum Minorum Regni Hungariae.
Ex Tuis, & aliorum Fratrum Tui Ordinis claris Operibus fragrantiam suavitatis assumimus, & benigne speramus,

mus, quod ad hoc Specialiter Vestra desudet intentio, ut lucrifa,
 cialij Chryto Animas Verbo pariter, & exemplo. Quare de Te plena
 in Domino fiduciam obtinentes, discretioni Tue Præsentium Au-
 thoritate Comittimus: ut Fratres ejusdem Ordinis, quos ad hoc ido-
 neos esse Cognoveris de Consilio aliquorum Discretorum Fratrum
 tue Provincie ad Cumanos, qui ad suscipiendam Fidem Catholi-
 cam dispositi esse videntur, transmittere valeas, ut eis prædicent
 Verbum Dei, Tibi, & per Te. Fratribus illis, qui jam missi sunt
 illuc, vel quos propter hoc mitti contigerit; nihilominus conceden-
 tes: ut illos, qui ad Fidem prædictam converti voluerint, possint
 juxta ritum, quem in talibus Romana Observat Ecclesia bapti-
 zare. Datum Viterbii Nonis Octobris Anno I. Vide Regestum
 Vaticanum apud Waddingum § 179. ad huncce Annum.

XXXIV. Fundatoribus, & Patronis nostris grati quidem
 esse volumus, ast quando vitia eorundem Historici passim &
 obvie Scriptis consignaverunt, ea quantum res nostras ^{attinent} ~~concernunt~~
 fide, qua ab alijs accepimus, subtercere nequimus: Ladislaus IV.
 Multum degener Stephani V. Filius Anno mox elapso 1278.
 Solium Paternum conscendit, Spreta dein sua legitima Conjuge
 Elisabetha Caroli I. Regis Sicilia Filia, Cumanas Mulieres
 in pellices sibi adsciscens, se, totumque Regnum plurimis
 malis involvit. Ita Bonfin: Decade 2. L. 8. Ac non solum
 possessiones Archi-Episcopatus vacantij invasit, verum etiam
 aliarum Ecclesiarum facultatibus viscosas manus injecit, ne-
 glectaque ceterum Reipublice cura, Regnum Civilibus pri-
 mum, dein externis Armis dilaniandum objecit, Unde Sacrarum,
 profanarumque rerum maxima perturbatio subsecuta, Episco-
 pi Regem a Reipublice studio alienum intuiti, collatis inter
 se Capitibus Anno 1278. Unum e sui gremio: Sede Strigo-
 niensi jam duobus Annis vacante: Archi-Episcopum dicunt.
 Hoc exemplo, ac pejore facto Verzprimenses Canonici Legitimum
 Episcopum suum Petrum sede dejiciunt, & Nicolaum Fran-
 sylvanie Praepositum suum Episcopum salutant. Nico-
 laus III. Pontifex, ne Religio presumiret in Hungaria festi-
 nare jubet Philippum Episcopum Firmantum Sedis Apo-
 stolice Legatum ad Ladislaum Regem, qui mollioribus cum
 nihil proficeret, Anathemate contumacem Regem percussit. Ita
 P. Nicolaus Schmiel e Soc: Jesu de Archi-Episcopis Strigo-
 niensibus pag. 80. Scripsit etiam idem Pontifex ad Univer-
 sum Hungarie Clerum, & inter hunc distincta cum expressio-
 ne facit mentionem Fratrum Minorum, ut Philippo Episco-
 po Firma,

Anno 1279.

Vita & mores La-
 dislai IV. Regis
 Cumani.

pro Firmans, Sedis Apostolica Legato fiducialiter omnes ad-
sistant, ne Fides Catholica in Regno detrimentum patiatur.
Bulla incipit: Militantis Ecclesie. Data 9. Decembrij. Ita
Bullarium Franciscanum apud Sarellam Tom 5. pag. 427
Interim Vaticano jam fulmine percussus Rex resipuit, ac polli-
citus fuit immunitates Ecclesiasticas Sartas, tectasque se Conser-
vaturum, Sacraeque Religioni adfuturum pro Viribus. Sub hoc Re-
ge: esto parenthesis: in tantam egestatem devenisse scribitur Re-
gnum Hungariae, ut vix aliqui e Civibus residui fuerint, etsi
olim satis opulentis, qui Equo & Curra uterentur; Verum Carros
pro Curribus, homines pro jumentis adhibere sint coacti: Unde
nunc usque apud Hungaros Vehiculum duarum Rotarum Hun-
Carlo' Szekere. Currus Ladislai Cumani appellari consuevit.

Anno 1280.

XXXV. His interea non obstantibus fuit Ladislaus
Rex: post Censuram Ecclesie correctus: in Cives, & Ecclesiam
satis liberalis, binas Provincie Nostrae Hungariae Ecclesias cum
Conventibus erexit: Unam Posonii, & alteram Alba Regali, id
que dum de Coede Ottocari Bohemorum Regis reverteretur. Ita
Waddingus ad hunc Annum §. 10. P. Samuel Simon e Soc. Je-
su post Turroziū ita rem brevibus in Sua Epitome Chronolo-
gica ad hunc Annum adnotavit: Nicolaus Papa multatam
Ladislauum, quod nusquam alibi legere potui: Proinde aedificat
Templa Franciscana Familiae Posonii, & Albae; dixeram quidem
paulo ante Regem hunc posteaquam clivis per Firmantum Epi-
scopum Sedis Apostolica Legatum percussus fuisset, resipuit
se & Caeteras inter Sponsiones se Sacrae Religioni pro Viribus
adfuturum promississe, quod si demum ita factum sit, ut mox
dictus P. Samuel Simon scribit, ac hos duos Franciscana Fam-
iliae Conventus, & Ecclesias multatus a Papa aedificaverit: dissi-
mule Sane hoc Avo fuit de Religiosis eorumque Domibus pra-
judicium, ^{ac sic} ~~judicium~~ ^{& nequis quod Negatopd ex omni angulo procurrerent} ~~judicium~~, ~~prae~~ ~~sententi~~ ~~critico~~ ~~ad~~ ~~hunc~~ ~~plac-~~
citid imbulo saeculo, sed ut ad propositum redeam de Albensis
quidem Ecclesia, & Conventu per dictum Regem hoc Anno aedi-
ficato ita memoratos Authores intelligendos velim, ut Conventum
quidem Albersen, qui jam Anno 1260. praesistit, a quo: ut
ad hunc Annum insinnavi: Custodia Albersis tempore Divi
Bonaventurae denominata fuit, restauraverit quidem, ast Ec-
clesiam Regia Magnificentia dignam adjecerit, cum antea Fra-
tres Minores privata tantum habuerint Oratoria, & a Pontifi-
ce Gregorio IX. primum eorundem Ecclesie in sensu ibidem
adnotato Conventuales dicte fuerint. Posoniensem etiam Con-
ventum

Rex Ladislaus IV.
aedificat Alba, & Po-
sonii Ecclesiam cum
Conventu pro Fratri-
bus nostris.

Ventum jam præstatisse evinceo ex *Belio* Libro de Notitia Hungarica nove in *Historia Urbis Posoniensis* Cap. IV. Art. I. ubi se provocat ad Cap. III. Membr. I. Sect. I. S. XII. pag. CXXVIII.

Hunc etiam Conventum ex professo Consignante, qui initium ejusdem jam a *Belio* IV. temporibus repetit, cum Urbem hanc jam antea etiam devastaret *Ottocarus*, quo tempore jam Coenobium, & Ecclesiam habuisse Fratres nostros Posonii, adstruit ex Chronologico *Leobien*si Tom. I. Collat. 851. Ubi sequentia excerpta producit: „Cum *Viermenses* pugna & Machinis Posonium verberassent, homines *Ottocari* nocturno tempore Anno 1271. Posonium Castrum violenter obtinuerunt, Civitatemque flammis succenderunt, ita quod Cives, & Uxores, ac Filie eorum, & alie Mulieres vis acceptis pallijs, quadam Camisijs, alie vero pepis, vel quid quid præ manibus invenire poterant, quadam vero nihil, omnes sic ad domum Fratrum Minorum confugerunt, & quasi nuda super stramine tota die ibi sederunt, nihil publicarum, nihil privatarum Actuum supererat, quod non atrox incendium devoravisset. Quare s. Continuat *Belius* citatus: mox memorato Bello Anni 1271. Attritum, devolutumque fuisse Conventum, ad eundem loco ferè decennio in ruderibus persistisse reputo, cum memoratus *Ladislavus* IV. Cumanus non tam restauraret veterem aedem, quam Construeret novam, hæc eruditus *Mathias* *Belius* Sincerus, & accuratus hujus sæculi scriptor. Ecclesiam tamen isthanc modernam s. Cujus in Nave formice prioris sæculi initio aut paululum antea Terra motu conciderunt: e fundamentis idem Rex *Ladislavus* IV. Cumanus erexit, quod vel exinde comprobatur, cum Chronologi passim solius Ecclesie tam Posonii, quam *Albæ* per eundem constructæ meminerint. Cetera hunc Posoniensium Conventum adtinentia Vide in 2. parte Collectaneorum. An hanc Ecclesia nostra Posoniensis molem omnem consummaverit dictus Rex? incertum est: Cum Anno 1290. Cumanos sibi Rebelles in Ordinem reducere satagens, confligensque cum eis ad *Hörösseg*, occubuerit. Certum interea, quod *Kodomerius* Archi-Episcopus *Strigoniensis* hanc Ecclesiam in presentia *Andree* III. Regis Hungarice, quem à Patria Venetum dicimus: aliorumque quam plurimorum utriusque Status Procerum Anno 1297. Consecraverit, Cujus pericte Consecrationis Originale Testimonium per eundem Archi-Episcopum in Membrana expeditum, subscriptum, sigillatumque, in Archivo Provincie etiam num prout. Unde huic Regi historia hæc s. Nunc s. *Maria* Provincia in acceptis refert, quod Principalem s. ante Cladem *Mohatsianam* Anni 1526. Vetero-Budensis,

Consecratio hujus
Ecclesie.

Budensij, seu Sicambriensij fuerat: Conventum Potoniense incolamus, & quamquam Regem istum Chronologi Atrid nunt, ~~Wih~~ Coloribus obfuscent, sed neque ego enim usquequaque excusa, tum reddere valeam: Eum crasse quidem cum Davide, ast cum eodem Poenitentiam pariter egisse, pronuncio. Tradit, equidem de eo Ambrosiusky in sua Compendiosa Hungaria Chronologia: quod Cesus a Cunicanis, non sine vera poenitudine noxarum suarum obi, verit, imo s: ut vidimus: Satisfactionem pro Crimine impendit, egit sane meliore Consilio, quam qui Zelo, & fervore, omnique Commendabili Studio Regnum, Resque Reipublica utriusque aggressi, ut jam Scriptorum Calami vix in immensum scribendis Panegyribus Suffecturi viderentur, mox attamen a preconcepto fervore emolliti remiserunt, & utinam non in viam Pentium abeuntes, se suosque Calamitatibus extremis involuissent, de quorum initio polliciti magnarum olim rerum Agendarum voluminibus, nil posteritati, praeter unicam Tragediam Carmen & ve transmittendum remansit.

Anno 1284.

XXXVI. Plures ex hac nostra Hungaria Provincia in Terris Tartarorum: ut ad Annum 1278. innui: magno incremento fidem Catholicam promoverunt, donec Princeps Tartarorum Abaghas Rex dominaretur, qui Christiana Sacra Amplexus, suos Nuncios miserat ad Concilium Lugdunense sub Gregorio X. ut in facie Sacrae Synodi agerent de plena Conversione Tartaricae Pentis, hoc Rege Abagha in Asia Majori, seu Tarvisio dominante occiso, ejus Frater Permanus Tangodomor fasces Totius Asiae capessivit, qui rejecta fide Christianorum, quam simul cum Baptismo in juventute susceperat, assumpto Christiano nomine Nicolai, hoc Anno simul cum nomine pietatem exiit, perfidiam amplexus Saracenorum, ac nomen Mahometi; crudeliter, dein persecutus fuit Christianos, ac cum primis eorum in fide Magistros; hi etenim multis in partibus afflicti, angustiati, in periculis semper, in Carceribus saepe vescebantur pane doloris, & aqua tribulationis, nec ipsam vitam pro Domino, cujus causam agebant, summo gaudio obtulerunt, ac praeter alios Clericos, & Religiosos passim sunt ex Ordine nostro F. Aldobrandinus & Ammonatis, quidam item Conradus & Vaisellus. Item F. Antonius, nec non alii duo Anonimi Senex unus, & alter Juvenis, quorum capita decorarunt Saraceni. In Ormetia vero juxta Montes Caspios F. Stephanus Hungarus, cum F. Conrado Saxone, hi dum contra adulteros ritus Praecorum predicarent, & Schismaticorum ab Unione & Obedientia S. Romanae Ecclesiae condemnarent, crudeliter vulnerati, & ferali

In Ormetia F. Ste,
phanus Hungarus
Martyrio coronatur.

ferali modo discepti, Martyrium Consummarunt, quorum animas
 celerrimo volatu in Coelum abisse pia quaedam femina in visione
 Conspexit. Ita Marian. Sanut: Gonzaga apud Waddingum adhunc
Annun. 2. Miseratus tandem Deus afflictionis populi sui,
 & pbacatus Martyrum Sacrificio, permisit post biennium occidi
 Targodomorum a Nepote suo Argone Filio Regis Abagha Chami
 Christiano, & Amico Christianorum, qui statim precepit refici eo-
 rum Ecclesias a Patris destructas, & Saracenorum fana ab eo con-
 structa everti, nec non exulare Mahumelanos, Schismaticosque
 ab Universo suo Dominio, qua ratione Chrtianis factus est in-
 pace locus iste, seu Universum Argonis Imperium. Waddingus Ibidem.

Annō 1287.

XXXVII. In hac nostra Hungaria Provincia, & Cu-
 Adia Syrmieni apud Villam Francam Conditus fuit F. Joannes
 Primus hujus Provinciae jam Separatae Minister, Frater Carnalis
 Philippi Regis Francorum, uti ad Annun. 1239. ostensum est:
 Vir hic non minus vite Sanctimoniam, quam Miraculis Clarus, Tres
 mortuos ad vitam Revocavit, ex his duo erant Ordinis nostri, quos
 probe ait, qui ejus gesta apud Waddingum Compendiose Scripsit, se
 olim novisse, nec non tertium Arte Coniarium, eumque dum illa scri-
 bebatur, tunc supervixisse. Addit, ^{in super} sibi narrasse feminam, se veluti ex
 animam, absque ulla vite functione diebus Novem jacentem, re-
 pente exsuscitatam a Joanne, sibi apparente. In quodam hujus
 Provinciae Conventu praedixit Fratribus: se illo ipso die e vivis mi-
 graturum, rogavitque: ut Cadaver ferri Curarent inde Villam Fran-
 cam, Octo Milliaribus distantem; Noverat enim locum illum, ubi
 tunc habitabat, a Fratribus derelinquendum, Obijt autem ut pra-
 dixit, & Cadaver super planstrum imposuerunt Fratres; Sed ante
 quam Equos admoverent, dum parumper volebant refici, nullo
 trahente Currus abiit, in destinatum locum, flumenque transivit
 Cujus Vestigia Seguentes, non sine stupore Fratres invenerunt
 positum ad Claustrum ingressum, ubi vir prius sibi Sepultura lo-
 cum elegit, habitusque fuit ibidem magna in Veneratione Clarus
 Miraculis. Ita Waddingus ad hunc Annun. 7. Donec Conven-
 tus iste s: olim e Primarijs s: Cum Nagy-Engendi, Nagy-Olaszien,
 si, & S. Demetrii s: Tempore, quo ipsa etiam Constantinopolis
 Annō 1453. Capta s: devastatus fuit. Ita Archivum Provinciae
 Constanti, tamque Sancti Viri exuviae sine honore remanserit?
 respondēbit utique Constantinopolis.

Mors & Miracula
 Primi hujus Pro-
 vinciae Ministri.

1453. annus

XXXVIII. Joannes alter aequē hujus Provinciae Minister
 quem inter, & mox dictum Joannem primum, Fratrem Philippi
 Regis

Regis Palliarum Jacobum intermediasse, supra ostenderam: æque Sanctitatis famam conspicuus, qui Petrum de Feria suum Successorem a gravi infirmitate curaverat, Conditus est in Ecclesia Sancti Joannis Evangeliste Bude. Post hos regit Provinciam idem Fr Petrus, æque vita Sanctimonia illustris, ut quando mortuus sit, nusquam reperire valui, sepultus tamen est in pariete Ecclesie predictæ: illuminavit is cæcum ad Sepulchrum orantem, & plures a varijs infirmitatibus liberavit. Item tempore eodem in Custodia, & Conventu nostro Strigoniensi, sepultus fuit F. Pallus devotissimus Lector, ex cujus Sepulchro suscepta modica terra aegrotis medebatur. In eodem Conventu Strigoniensi Vixit F. Stigichius Lajicy modo Coqum, modo Ostiarium agens, Carnes nunquam edit, nec Vinum bibit, visusque est frequenter extra se raptus, & a terra elevatus: hora prandii, dum Prandianus nihil videret paratum, perquisivit ubique Stigichium, tunc Archi-Triclinium, invenitque in Cella promptuaria extra se factum, in aere hærentem immobilem, atque a terra adeo remotum, ut neque summis digitis cum poppet attingere. Dum summo mane Vinum vellet haurire, apposito fistulae Cnophoro, seu Cantharo, Epistomium manum tenens abiit in extasim, in qua hæsit usque ad horam sextam, neque Vinum effusum est, dum pleno Cantharo Cadus liquorem ultra non reddidit. Novem aegrotavit diebus, & ultimo, dum de illius ageretur sepultura, circumstantes perite alloquebatur Latino ichiomate, cum nunquam literas ullas didicerit, significavitque sibi adfuisse S. P. Franciscum & Antonium. In vita, & post mortem in signis & prodigijs fuit gloriosus. Ultra hos requiescunt in hac eadem Provincia in Chara-Villa s. forte Franca-Villa: F. Joannes Custos & F. Henricus Tentomicus Viri Sanctissimi. Ita hæc omnia refert Waddingus noster ad hunc Annum Re 7. & 8.

Anno 1288.

XXXIX. Quamquam præteritis etiam Annis a prima hujus Provincie erectione Capitula juxta Regulam celebrata fuisse, Ambigere non possum, quia tamen nullam eorundem memoriam in Archivo Provincie reperi, ultra vestigare nolui. Hoc demum Anno 1288. Primum Capitulum in Conventu nostro Insule Leporum juxta Budam celebratum fuisse, in eodem Archivo nostro adinveni, ac etiam in vetustissimo triplici manu scripto Ministrorum Provincialium Catalogo ita lego: „Fr Stephanus Minister jam Quintus, hic floruit circa Annos 1288. ut patet in Literis Bude in Insula Leporum clatis. Quare Patrem hunc Stephanum Provincie Ministrum in eodem Insule Leporum Conventus Capitulo electum fuisse conjicio. Dum vero

Capitulum primum in Insula Leporum celebratur, ac Stephanus hujus Provincie Minister eligitur.

Literas

Literas eas, ad quas in Catalogo Ministrorum fit provocatio, accuratius in Chartophilacijs Archivi indagarem, eas inveni Originales in Membrana exaratas, tametsi vetusto, nitido tamen Characterere, ut summe mirarer, easdem post 480. Annos adhuc sanas, & integras inter tot disturbia, excidia, incendia in hoc usque tempus conservari potuisse, imo Sigillum de eadem Membrana pendens Cera impressum idem prorsus cum hodierno hujus Nostra Provinciae S. Marice conspicuum, & illibatum videtur. Libet Literas per extensum pro memoria Vetustatis adducere, quarum tenor est iste.

Nos Frater Stephanus Minister Fratrum Minorum de Provincia Hungariae, & F. Nicolaus Pvardianus de Insula, F. Michael Custos Montensis, F. Petrus Pvardianus Pesthiensis, F. Abrahamus Custos Laurinensis, F. Alexius Pvardianus Frigoriensis, F. Barnabas Lector Budensis, F. Ananias Jurista, F. Rapato Praedicator de Monte, F. Paulus Socius Ministri, & Universi Fratres de Conventu Insulensi Hujusmodi Omnibus, quibus presentes Litere ostendentur, quod de bona voluntate, beneplacito & Consensu F. Pauli Prioris Provincialis Fratrum Praedicatorum per Hungariam Fratris Salomonis Prioris de Insula, F. Pauli Prioris de Peczth, Fratris Petri Prioris de Monte, F. Willermi, Fris Andrea, F. Danielis Lectoris, Fris Romani, Fratrum de Insula, nec non Domine Prioris Monasterii de Insula, & Sororum aliarum omnium ejusdem Monasterii de Spatio Terre, quam habuimus a prima fundatione nostri loci de Insula, & postmodum poscedimus ex donatione Regie largitatis existentes contenti, accepimus pro bono pacis Terram, seu Arcam, a muro Navis Ecclesie nostre ex parte Septentrionali pro loco praedicationis, & Orationis in Spatio 37. Cammarum, ita quod qualibet Cama quatuor brachia usualia contineat, sive ulnas de Monte Budensi, ex parte vero Australi similiter Arcam praedictae Ecclesie mensurando cum terra, quam habebamus a prima fundatione nostri loci de Insula & postmodum poscedimus ex donatione Regie largitatis pro Claustro exteriori, & interiori, ac pro alijs aedificijs Construendis, nec non pro Horto habemus 40. Camas & unam, Camas ad brachia, seu ulnas, ut prius Computatis, cujus Arca seu totius terra longitudo protenditur, ad longitudinem Muri nostri ex utraque parte Stratae publicae juxta praedictum Murum, seu Clausuram nostram erigi non possint in perpetuum Coherencia vicinorum Aedificia quovumcunque, si fiat Unius Camae inter vallum, inter Murum, seu Clausuram nostram, & ipsi Aedificia vicinorum propter ignis pericula

Litera data in Conventu Insulae Leporum.

cula evitanda, quae possent in posterum evenire, ita tamen quod
 Clausura Vicinorum, & Cultura muro nostro, seu Clausura libe-
 re valeant adherere, cui acceptationi, seu Ordinationi Nos Fr
 Stephanus Minister, & F. Nicolaus Pradianus de Insula ex
 Communi Consensu Fratrum nostrorum praedictorum, talem Con-
 ditionem, promissionem, & Obligationem fide nostra data, & ser-
 vanda duximus inserendam: quod de cetero propter pacis, & Con-
 cordia perpetuam firmitatem Nullus ex Nobis, vel Nostris Succes-
 soribus Fratribus Omnibus Nostrae Ordinis quibuscunque ad am-
 pliationem, seu dilatacionem Areae Supradictae per Nos acceptatae,
 dictis metis, terminis, & Clausuris signata a Persona cujusdem,
 quae dignitatis aliquam procurabit, vel movebit in perpetuum que-
 stionem; Etsi aliqua Instrumenta a quibuscunque his contraria
 emanassent, vel in posterum emanarent, tamquam irrita, & frivola
 habeantur. In cujus rei Testimonium, & perpetuam firmitatem
 Praesentium Seriem Sigillis nostris: Sigillo scilicet Administrationis
 Provinciae Hungariae, & Sigillo Conventus nostri de Insula
 duximus sigillandam. Datum Anno Domini **MCCCLXXXVIII.**
 Octavo Idus Augusti.

Litterae haec mirum in modum illustrant Antiquitates hu-
 jus Provinciae Nostrae, olim Fratrum Minorum Provinciae Hunga-
 riae, Nunc vero a tempore Leonis X. S. Mariae in Hungaria.
 Cum primis quidem Fratrem Stephanum hoc Anno Provinciae Mi-
 nistrum fuisse indicant, innuunt insuper Conventum Sauri-
 nensem jam tum existitisse, uti & Conventum Pesthiensem, cum
 Conventui huic Saurinensij Custos cum Pradiano Pesthiensi
 interfuerit, sed & illud, ac praecipue quidem ex ipsarum Littera-
 rum Sigillo palam, & luce meridiana clarius comprobatur,
 quod haec ipsa Nostra S. Mariae Reformatorum Provincia idem
 in hodiernum usque diem conservet Sigillum, quod sub initio
 Provinciae habuit: ac proinde eandem esse, & manere Provinciam.
 Unde mirari subit, quod hodierni Patres Conventuales, seu Mi-
 norite dicti: in Regno Hungariae Hospites, & Advena, nescio
 qua perfrecta fronte, & fide sublesta venditare ausint: non
 Sacrum Ordinem, non Provinciam illam, quae pro Sigillo S. Eli-
 sabethae effigiem assumpsit, sed inquietos quosdam ejus Alum-
 nos, eosque non nihil in Antiquitate versatos, ac ut publicos hu-
 jus fabricitatis, apud pares sibi rerum imperitos, declamatores,
 publice taxet: se nempe Successores esse eorum, qui olim in
 Hungaria Fratres Minores audierunt, cum tamen nunquam
 ante finem saeculi praeteriti in Hungaria sive ipsi, sive Patres
 eorum apparuerint. Quod si Conventuales nuncupentur, quales
 olim

Litterae haec illustrant
 Antiquitates hu-
 jus Provinciae.

olim decessores huius nostra Provinciae post tempora Concilii Constantiensis dicitur fuisse, nihil in suffragari potest, alias etiam P.P. Conventuales in Valle, Paltin, & Austriae &c: Regressum in Hungariam pari cum ipsis jure possent pretendere; Nostra enim nunc S. Maria in Hungaria Reformatorum Provincia illa est quae olim Conventualium nomen sortata fuit, ad eandem sub Rege X. ad interpellationem Ludovici II. Regis Hungariae ad Observantiam Regularem Anno 1287. transiit, nec per hoc nisi ego, & alter desinat; excidit a Professione Regulae S. Francisci, aut nomenclatura Fratrum Minorum, seu Franciscanorum imo Repudialis laxitatibus, & dispensationibus, eidem ad literam observanda se adhibet. Ut ex his Testibus pluribus Existisse etiam vix post hunc Annum nempe Anno 1289. Conventum huius Nostrae Provinciae in Episcopo Punsce, seu ^{Sursis} ~~Sursis~~ quod idem est ac Gemeth. ^{delegi me} ~~Monim~~ Certum reputo, uti in 3. par. Collecti de Conventibus ^{delegi me} demonstraturum confido, tum ex Historicis exteris, tum ex Patrijs Chronologis, Topographisque.

XI. Anno hocce 1290. in Conventu nostro Paradisiensi, uti etiam Anno 1295. in Conventu de Porbonak Capitulum celebratum fuisse Archivum Provinciae Nostrae memoria prodidit, in quo Fr. Barnabas Minister huius Provinciae sextus electus fuit; hinc idem Minister Fr. Barnabas emortuis Posonii Monialibus Cisterciensibus a Rege Hungariae Andrea III. Cujus ille Confessarius fuerat; dictum Conventum una cum bonis, & redditibus Anno 1292. impetrauit pro Sororibus Ordinis S. Clarae, uti Archivum Clarissarium Posoniensium, & P. Samuel Timon e Soc. Jesu ad Annum 1297. testantur. Verum de his uberius in 2. par. Collectaneorum. Non fuit diuturnum huius Fr. Barnabae Ministerialis Officium: Anno equidem 1298. P. Adrianum Septimum huius Provinciae Ministrum floruisse, Archivum Provinciae aelnotavit. Ut etiam Conventus duos huius Nostrae Provinciae constructos: Primum quidem Regusdiensem, de quo ita consignatum habet; Conventus Regusdiensis fundatus est parvum ante Annum 1295. tempore Regis Hun-Laslo; Ladislai IV. quia Ecclesia 1295. dedicata est 9. Januarii; Ita pariter de Porbonacensi Cenobio idem Archivum his verbis tradit; Porbonacensis per Belum de Penere Stheren; juxta Istrum, fium a Marcellis Pannonia Magnatibus; adificatus fuit. Macdingus tamen Chronologia Hungarica conformius scribit; Hos duos Conventus sub Rege Andrea III. adificatos fuisse; nam Ladislaus IV. Anno 1290. Vivere desierat.

Anno 1290. & Sequens

Capitula celebrata & Ministri Provinciae electi, ac etiam Conventus in Confine huius Saeculi adificati.

Finis Saeculi Primi.

XLI. Fuerat hoc tempore ex hac nostra Hungaria Provincia, ad Agriensem Episcopatum Summus Fr. Amonius, qui etiam ad reliqua Hungariae Proceribus interfuit nuptiis Andrea III. Agri, dicti alias Ven. cum Agnete Filia Alberti Ducis Austriae, Vienna Anno 1298. ita Cl. Linck in Annalibus Claravallensibus apud P. Pray.

ANTIQUARIII
 Provincia S. Mariae in Hungaria
 Ordinis Minorum S. P. N. Francisci
 Strictioris Observantiae
 COLLECTANEORUM
 Partis Primae Continuatio.
 In Secundum Ordinis & Proae huius Saeculu
 Ab Anno Erae Christianae 1300. ad 1400.

Anno 1301.

I. Incunte hoc Saeculo, amplius, ac amplius efflorescebat haec Nostra Ordinis Minorum Hungaria Provincia, cuius Minister, ita succincte in Catalogo Ministrorum ad hunc Annum exprimitur. „Fr. Haymo Minister circa Annum 1301. floruit, & Annis 12. & Amplius Minister fuit. Celebravit hic idem Minister sui Officii durantijs tempore Capitula, uti ea Archivum Provinciae indigitat, sequentia: Anno 1301. duo: Laurini Unum, ac Tyrnavia alterum. Anno 1304. Agria. Anno 1306. Seguedini. Anno 1307. in Patak. Anno 1308. in Insula Leporum. Anno 1309. in Saaros-Patak. Anno 1311. Laurini. Anno 1313. Bucla. Provincia etiam plurimum Conventuum Acceptione partim, partim Restauratione, statim sub initium Regiminis huius Octavi Ministri Patrii Haymonis cummulata fuit. Ulti tum ex Archivis Provinciae, tum Patre Penzaga, ac locupletissime ex Waelchingo No. 7. eruitur. Primus porro hoc Anno aedificatus fuit in Sicambria, seu Vetere Buda, cum Ecclesia S. Francisci dicata, ubi Sacra prius aedicula Fratribus nostris concessa in Monasterium piarum Eleemosynis coaptata fuit. Alter Conventus Quinque Ecclesiensis, jam quidem Anno no 1260. constructus, hoc tamen Anno restauratus. Tertius fuit Bachiensis a Templarijs: uti fama ferebat: antea inhabitatus. Quartus erat Banensis, seu de Ban-Monostria, a Cruciferis ad nostris

Minister Electus
 Capitula celebrat, &
 Conventus alii extru-
 cti, alii restaurati.

nostros devolutus, Quintus Trencsiniensis, Sextus Jaurinensis, non quidem primo edificatus; jam enim Anno 1260. exstiterat: Imo Caput fuerat Primæ in hac Provincia Custodie Jaurinensis dicte, - sed restauratus duntaxat: uti Archivum memoria prodidit: per quemdam Joannem Senensem. Septimus est Varaschiensis, qui æque hoc Anno cum Zagrabienſi Octavo instauratus fuit. Nonus æque Patakienſis isto, aut mox sequenti Anno extrui debuit, cum Anno 1307. Uti etiam Anno 1309. jam ibidem Capitula fuerint habita, Decimus est Zegediensis, quem postea Regina Elisabetha Caroli Regis Hungariae Conjuga & Mater Ludovici I: de qua hujus Provincia Summa Patrona plura consequentur: instauravit. Varadiensis etiam Noster Conventus, quamquam jam olim fundatus, ubi-nempe Anno 1290. jam Capitulum celebratum fuit, hoc Anno sive restauratus, sive in meliorem Ordinem redactus fuit. Item de Brencinensis & Veröczeniſis postea ad Annum 1312. Hæc ex memoratis Ordinibus, ac Provincia Nostri Scriptoribus in Ordinem Redegij: de Conventibus istis Ampliora, luculentioraque adducam in L. & S. par: Collectaneorum. Felix sane hic Minister Pr Haymo, cujus sub Ministeriatu in tantum est floruit isthæc Provincia Nostri. Utinam gesta ejus Majorum Nostrorum incuria, aut potius Temporum fata maligna non invidissent.

II. Obiit Bude hoc Eodem Anno Andreas III. Rex Hungariae & Sepultus est in Ecclesia nostra S. Joannis Evangeliste. Ita Turoczius apud Svantnerum par: 1. pag. 192. Item Petrus Ranzanus apud eundem pag. 472. Eodem ipso Anno 1301. post Coronationem Regis Hungariae Wenceslai: extincta jam in Andrea III. Rege Virili Stirpe, a Teysa primo Duce Hungarorum, S. S. Stephani Regis Hungariae descendente: Fili Wenceslai Bohemie Regis, per lineam femineam ex Sangvine Regum Hungariae propagati, moriuntur itidem Bude. Notandum Archi-Episcopus Colocensis & Jacobus Episcopus Scepusiensis, ac pariter ambo tumulati fuere in Ecclesia S. Joannis Fratrum Nostrorum; Memoria porro æviterna recolendum manet, quod Cineres Stirpis Virilis Proto-Regis Hungariae S. Stephani intra gremium Provinciae nostre, in Ecclesia Conventus nostri Budeensis olim, nunc iterum redivivi contumulati jacent.

Andreas III. Rex Hungariae, ac alii duo Praesules Sepeliuntur Buda in Ecclesia nostra.

III. Fuerat hoc Anno 1302. Sedis Apostolica in Hungaria Legatus Nicolaus, Ordinis S. Domini: Cujus sequente Numero Uberior redibit memoria: qui sequentes Literas in Pergameno sub Sigillo Majori pendente confectas, huic Nostrae Provinciae

Anno 1302.

vincia Posonii existens, extradedit, & quae Originales etiam in
 Archivo Provinciae nostrae supersunt, quas adducere libet, ut pate-
 scat, quod sicut omni aeo eadem suis non caruit insectatoribus,
 ita etiam favente semper Summe, suos Constantes nacta fuerit
 defensores. Tenor dictarum Literarum hic est.

Fr̄ Nicolaus Miseratione Divina -
 Ostiensis, & Velletrensis Episcopus, Apostolicae Sedis Legatus,
 In Christo sibi Dilectis Prædianis, Cæterisque Fratribus Ordinis
 Minorum Salutem, & Continuum in Dei Charitate profectum.

Litera in favorem
 nostrum Legati
 Apostolici.

Exhibita Nobis Vestra petitio continebat, quod
 quidam Rectores Ecclesie infra nostra Legationis terminos -
 constituti, dum sua Potestate non student frenum rationis
 apponere, indebitæ servituti vos subicere moluntur, juris aucto-
 ritatem in injuriam pravo dogmate convertentes; dicunt enim -
 absque Parochialium Sacerdotum licentia, non posse vos a fide-
 libus Vita necessaria petere, nec eis proponere Verbum Dei, vel ipso-
 rum Confessiones Audire: Domini quoque Nostri Summi Pontifi-
 cis Constitutionem trahentes ad sensum contrarium, de omnibus
 Obventionibus, Undecunque vobis proveniant, certam sibi portio-
 nem asserunt, vos debere, omnes etiam Indulgentias, Prædicas seu
 Privilegia dudum ab Apostolica Sede Ordini Vestro concessa,
 per dictam Constitutionem affirmant fore penitus irritata, ex
 quo multiplicia vobis gravamina inferunt, cum propria Salu-
 tis dispendio, & Scandalo plurimorum. Nos igitur eorum asperita-
 nem temerariam auctoritate volentes veritatis elidere, Vestraeque
 quieti Pastoralis sollicitudine providere, declaramus vos: utpote
 Altissimam Paupertatem pro Christo professos, posse a fidelibus
 licite, nullius omnino, nec Plebani videlicet, nec Episcopi, nec
 etiam Metropolitanæ petita licentiâ, temporalia subsidia pete-
 re, ac sic acquisita, vel etiam hominum devotione sponte oblata
 liberè vestris usibus applicare, nec de his in portione qualibet, cui-
 cunque tenemini respondere, Prædicare quoque, in Ecclesia tantum
 sine ipsius Ecclesie Rectoris, vel etiam Dioecesanæ licentiâ non po-
 test, extra Ecclesias vero ubicunque nullius, penitus petita licen-
 tiâ, secundum formam in eadem Constitutione traditam, illud
 potestis liberè exercere. Præterea cum secundum dictam Consti-
 tutionem Vestri Ordinis Fratribus, quibus ad hoc Dioecesanæ
 Auctoritatem cederunt, vel eo negante secundum ejuſdem Con-
 stitutionis formam, ipso jure eam fuerunt assecuti, liceat in ea-
 dem Dioecesi Constitutorum Confessiones Audire, & eis Poeniten-
 tiam

tiam imponere Salutarem. Hoc eodem Fratres posse agere, con-
tum est, inferiorum Prælatorum licentia minime requisita, nec ipsos
posse suis subditis, ne Confiteantur Fratribus interdicare, cum quod
a Majori gratiosè conceditur, minor nequeat impedire. De his præ-
terea Obventionibus, Testamentis, sive legatis, vel aliis quocunque
nomine censeantur, quæ vobis, ex defunctorum, apud vos minime
sepultorum Ordinatione, seu etiam ipsorum Causa proveniunt,
portionem aliquam cuiuscunque vos debere, ex præfata Consti-
tutionis Sententia non habetur, nec propter hoc potestis ab aliquo
molestari. Porro quod ex vigore dicta Constitutionis, omnes vo-
bis concessas Indulgentias, Prætiæ, seu Privilegia, voluit asperere
revocatas, magnæ Credimus vel ignorantie, vel perversitatis indi-
cium, cum ex eadem Constitutione concessa vobis Indulgentia,
Prætiæ, seu Privilegia intacta fore, luce clariùs constet,
in quantum eidem posunt Constitutioni aliquatenus obviare.

Nulli ergo omnino hominum &c. In cuius Rei Testimonium -
Præsentis Literas mandavimus Sigilli nostri appositione mu-
niri. Datum Posonii **XVII.** Kalend. Julij Pontificatus Domini
Bonifacii Papa **VIII.** Anno Octavo.

Ingenitæ Sanæ erga Ordinem, & Provinciam Nostram pro-
pensionis Argumentum hujus Legati Apostolici exhibent Li-
tere istæ, quæ tamen post Concilium Tridentinum intelligi debent
conformiter ad ejusdem Decreta, & ab eo tempore factas declarationes.

IV. Quam divisi in eligendo Hungaricæ Regæ fuerint a
morte **Andree III.** Hungarorum Amici, quæve in Regno-
Conversiones Wenceslai Bohemi, & Ottonis Bavari pro Coro-
na pugnantium factio excitavit, non est propositi mei enarrare.
Istud tamen præterire nequeo, quod Civili isthoc in turbine Papa
Benedictus X. Carolum Robertum exauthorato tam Wen-
ceslao, quam Ottone Regem Hungaricæ Constituerere volens: Fræ-
Nicolaum Cardinalem Ordinis S. Dominici: cujus Literas
innox adduxeram: Legatum Constituerit, quem devincta priùs Dal-
matia Hungaricæ Regni Provinciâ, ipsam quoque Hungariam in
partes ejusdem Caroli Roberti abituram non diffidebat. Opera-
interim sua sic Nicolaus Cardinalis Ordinis Prædicatorum excidit
alienas enim Procerum voluntates mulctatis interdicto Ecclesiæ,
Itico Buda Civibus, interse, ceterosque Caroli fautores, sub-
jecto velut igne ad vindictam in Episcoporum usque cædem pro-
lapsam armavit. Populus proinde post habitis omnibus Consilijs
Legati Severitate percitus, in vim apertam prosiliit, cui compo-
nende imparem se videns Nicolaus Legatus, reversus fuit.

Anno 1308.

Nicolaus Legatus se-
veris nihil efficit. Sen-
tentiis vero Cardinalis
mitioribus & comita-
te permovit Hunga-
ros, ut Carolum Ro-
bertum Regem salu-
tarent.

Felicio,

Feliciores dein eventus Fr. Pentilis Cardinalis Ordinis Minorum
 S. Francisci à Papa Clemente V. missus, Turbas omnes com-
 prosuit; quamquam enim & hic ipse initio duriora Hungaris in-
 deligendo Rege libertatis suae tenacissimis comminaretur, ad mitio-
 ra tamen persuasus, Amicos primum alloquus in diversa vultus de-
 limit: Natales Caroli Roberti, Jus Sanguinis, Patrie afflictæ inte-
 ritum, aliæque Argumenta pro Concione ^{exaggerat} ~~exaggerat~~, nihil se ex pote-
 state, aut imperio, sed precibus, Consilio, hortatione acturum om-
 nia spondet; quæ etiam Comitale dura Hungarorum ingenia fregit,
 effecitque ut ab iis, quorum vota aliena erant à Carolo, festiva
 voce in Regem expeteretur, & ut ex tenore Literarum tamquam In-
 strumento publico, Consensu Legati, & Procerum confecto, Totius Ele-
 ctionis, & Verum gestarum Seriem continente, loquar: Fragmentum
 Earundem Literarum Anno 1308. Indictione 6. Mensis Novemb.
 die 27. ex Patris Peterffii e Soc. Jesu Concilio Hungarie pag. 150
 lubet adducere, Cujus tenor est: „ Postque sub specie tuenda liber-
 tatis Eiusdem Regni inter ipsos Barones, & Nobiles murmur, quod
 ipsius Communi Legati attigit aures, per gubrelam patulam in publi-
 cum productam exoritur: Videlicet quod ~~Vollebant~~, Nec erat aliquate-
 nus Intentionis eorum, quod Ecclesia Romana, vel ipse Dominus
 Legatus Eius Romine sepe dicto Regno de Rege ullatenus provide-
 ret, sed placebat eis, quod illum, quem ipsi ex Antiquo, & approbato
 Eiusdem Regni more vocaverant, & in Regem Assumpserant,
 prefatus Dominus Legatus Eiusdem Ecclesie Romane Romine
 in Regem Verum Hungarie confirmaret, & quod etiam perpetuis
 futuris temporibus Veri Summi Pontifices ~~Valerent~~ ^{Regali} jus confirma-
 di, & Coronandi Reges Hungarie, de Vera ~~Regimine~~ ^{Regali} Progenie pro-
 pagatos, quos ipsi Unanimiter, & Concorditer de dicta Progenie, du-
 cerent eligendos, Ipse vero Dominus Legatus ad Consummationem
 Captorum, per eundem feliciter & ferventer Anhellans, ad Eorundem
 Prelatorum, Baronum, & Nobilitium Supplicationem, & expressum
 Consensum, Dominum prefatum Carolum de predictorum Re-
 gum Hungarie, ex Domina Serenissima, Domina Maria S.
 ciliae & Hungarie Domina Regina Illustrissima, clare memo-
 ria Stephani V. Regis Hungarie vera Progenie propagatum,
 cuiusque in Eodem Regno Successio legitima per eandem Ecclesi-
 am existit declarata, sibi que de jure deberi Regnum hujusmodi
 definitum, in Eiusdem Regni Verum Regem, ipsius Ecclesie Ro-
 mane Romine acceptavit, & subsequenter Omnes Unanimiter, &
 Concorditer post Confirmationem hujusmodi tam adherentes, quam
 adversantes hactenus Eadem Domino Carolo, receperunt, & Co-
 gnoverunt Singulariter, & diversim ipsum Dominum Carolum
 Verum

Verum Regem, ac Regni Hungarice Successorem, sibi que servi,
re, ac obedire teneri, tamquam Vasalli legitimi, & fideles Domino
naturali, de quibus per eodem fideliter adimplendis, & inviolabiliter
Observandis, junctas manus, prout solet a profitentibus Regulas fie,
ri, infra sepe dicti Domini Legati, mittentes manus suas Juramen-
tum, & fidem super Verba Crucis Signum, ipsique ac dicto Domino
Regi Singulariter pacis Osculum prestiterunt, statimque ipsum
Dominum Carolum Regem catervatim elevantes, sustollentes,
manibus, plausu, ac vocibus extulerunt Regium latius ad Sydera
Nomen, subsequenter: Te DEUM Laudamus Solemniter
decantando. Actum ut dicitur in loco Prædicatorum, prope Civi-
tatem Pesthiensem ultra ipsum Danubium, ex Opposito dicti Ca-
stri, Præsentibus Rando in No. P. Domino Thoma Episcopo-
Vegliensi, ac Venerabilibus, & Religiosis Viris Fratribus Paulo
Priore Prædicatorum, & Haymone Ministro Minorum Fratrum
Orclinis Provincialibus, & Salomone Vicario Prioris Provincialis
Fratrum Eremitarum in Provincia Hungaria cum eorundem Or-
clinum Fratrum Multitudine, ac Venerabilibus &c. Ita Manu,
Scriptum Vaticanum apud P. Peterffy citatum. Hæc prolixius
quidem, non tamen abs re, ac ea quidem Intentione adclusi, ut
palam fieret, quantum Collaboraverit, effeceritque pro Concordia hu-
jus Regni nostri Dentilis hic Cardinalis ex nostro S. Francisci
Ordine Assumptus, ac etiam quante fuerint Considerationis Viri Re-
ligiosi, & inter hos P. Haymo actualis hujus nostre Provincie
Minister hoc tempore, qui etiam his Solemnissimis Electionis, ac
super ea Confectis publicis Instrumentis intervenerint, ac neminetus
expressi sint.

P. Haymo Mini-
ster interfuit Electio-
ni Regis Caroli.

V. Idem F. Dentilis S. R. Ecclesie Cardinalis Legatus Anno 1309
in Hungaria Sedis Apostolica Contra Nobiles quosdam Regni
terribilem promulgaverat Constitutionem Pontificiam. Ita Schwan-
nerus pag. 169. Eisdem Anathematis Vinculo immodando, eo
quod Carolum Hungaria Regem Electum agnoscere nollent,
ac obinde ut perduelles quagua versum per Hungariam grassaren-
tur, quorum Corriphæus fuerat Matthews Trencsimensis, Totius
olim Vagi Dominus, a quo plaga illa hodieque Matyus Folde
patrio Sermone dicitur. Eodem Anno idem ipse Dentilis, qua
Sedis Apostolica Legatus celebravit Concilium Posonii, quod No-
vem Titulis digestum postea Clemens VI. Anno 1346. Con-
firmavit. Edidit pariter alias Constitutiones, Statum Regis, Re-
gni, & Ecclesiarum Concernentes, quas diffuse videre est inter
Sacra Concilia P. Caroli Peterffy & Soc. Jesu. Tandem vero indu-
cta

Idem Legatus Ana-
themate fecit quos-
dam Rebelles.

Concilium celebrat
Posonii.

Abit & moritur.

cta Hungaria pace, & Constitutionibus his per quam Utilibus, de Regno nostro, & Ecclesia Optime meritus Avenionem Circa Annum 1312. reversus est. Waddingus eum hoc ipso Anno, Ciaco, nus autem Anno 1313. Obiisse scribit.

Anno 1309.

Novus eligitur Minister, Celebrantur Capitula & Conventus de Lipche extruuntur.

Enumerabat Provincia Septem Custodias.

Proficiuntur in ter Dentes.

Commissarii ex hac Provincia deliguntur.

VI. Patre Haymone Officio Ministerialis, aut etiam vita functo: Successorem P. Andream hujus Provincie Gorum Ministrum isto, & sequentibus Novem Annis profuisse, docet Archivum nostrum. Varia etiam diversis in locis hoc Ministro Provinciam regente, Celebrata fuere Capitula, uti Anno 1315. in Saaros-Patak. Anno 1317. Segusdim, ac in Sicambria. An 1318. iterum in Saaros-Patak. Anno 1319. & 20. Segusdim, uti etiam hoc posteriore Anno Strigonij. Anno 1321. Posonii, & in Gessice. Anno 1322. Segusdim, ad hunc Annum Optime referri potest Origo Conventus nostri olim de Lipche: Nunc Okolicensis: uti Archivum nostrum innuit. Per Comitem Donch fundati tempore Caroli Regis, ut Litera ipsius Donch testantur, Literas tamen istas videre non licuit, dispersitas utique cum plurimis aliis, aut si exstant, e numero sunt earum, que torpore Conservatorum Archivi, nil aliud, quam Vestigia Literarum, exstantibus ad huc sigillis, preseferunt. Provincia hac Anno isto 1314. Uti Waddingus ad hunc Annum refert No. 11. Enumerabat Septem Custodias: in Tartaria etiam tam Aquilonari, quam Orientali plures Conventus Ordo noster Constitutos habuit, ad quos e varijs Christianorum Terris Fratres nostri Commigraverant pro Conversione horum infidelium, quorum Primores jam, uti antea vidimus, Christiana Sacra cum plurimis Eiusdem Tartarice Accolis, Juce, perant; Ast decumana pars Superstitioni Saracenicæ inherebat. Multi etiam ex hac Provincia nostra Hungarie zelo Armarum excitati, proficiscebantur; Imo Waddingus ad Annum 1400. mentionit Cujusdam Conventus ad hanc private Provinciam pertinentij, in metis Tartarie Chicumfori Nuncupati; ac pariter ad hunc Annum 1314. refert: plures ex Ordine nostro Crudelissimi generis in odium fidei interfectos fuisse, ac inter hos Fratrem Unum de Hungaria. Illud demum ad hunc eundem Annum adnotavit P. Biernaczky in Speculo Minorum pag. 244. quod cum Fr. Joannes Plonensis ob Novum emergens in Provincia sua Bohemo-Polonica Negotium, Capitulum Provincie in Moravia celebraret, a Ministro Generali Ordinis Fr. Alexandro de Alexandria, seu Commissarii, & Visitatores destinati fuerunt duo Patres hujus nostre Hungarie Provincie Alumnus P. P. Matthæus, & Laurentius.

VII. Assumpsit hoc Anno 1316. Joannes Papa **XXII.**
 Ad Archi-Episcopatum Colocensem & Bachiensem in Hungaria
 unitas Trem Ladislaum Ordinis & Provincia nostra Professum
 egregie a Prudentia, & plurimis Virtutibus per Carolum I. Re,
 gem Hungaria Commendatum. Ita Waddingus ad hunc Annum
 No 39. Exstat in Regesto apud eundem Nulla Institutionis.
 Inter Cetera Sollicitudinis Nostra. Data eodem Anno. Sent. Iva
 nyjus de Archi-Episcopis Colocensibus pag. Mihi 79. Idem
 ipsum Confirmat sequentibus Verbis: „Ladislaus II. ex Ordine
 Minorum a Joanne **XXII.** Confirmatus in Archi-Episcopa
 tu Colocensi, jussuque ejusdem Roma consecratus No 1317.
 De hocce Archi-Episcopo Colocensi Ladislaus illud memorabile le
 go apud Peterffium pag. 2. in Mantissa. Quod dum Joannes
XXII. famosam illam questionem ventilasset, An Christus,
 & Apostoli quidquam in Communi proprium habuerint? Ven
 que discutiendam plerisque Episcopis detulisset, Ceteros inter
 etiam hic Ladislaus Archi-Episcopus Pontifici favebat, in eam
 que s: quamvis timide: concessit Sententiam, ut Hereticos, &
 pertinaces esse censuerit, qui affirmarent Christum, ejusque Di
 scipulos nihil privati, & proprii, aut Scorsim, aut in Communi
 habuisse. Videatur ejusdem Archi-Episcopi Rescriptum apud
 eundem Peterffium cit. fol. 313. Questio hac multifariam, mul
 tidque modis exagitavit Ordinem Nostrum: exurgentibus trimi
 rum Regule Nostra s: ultra limites prudentie: Zelatoribus. Vi
 de Tragadiam hanc apud Waddingum, aliosque Scriptores Eccle
 siasticos.

Anno 1316.

Ladislaus ex Ordi
 ne, ac Provincia no
 stra assumitur in
 Archi-Episcopum
 Colocensem, qui fa
 vet Pontifici Joan
 ni **XXII.**

VIII. Memorato Superius Andrea Ministro
 Successit hoc Anno 1323. Joannes, Decimus hujus Nostra
 Provincia Minister. Ita Archivum Provincia. Rexit hic Pro
 vinciam Annis Undecim, ac sequentia celebravit Capitula:
 Primum in Nafice Anno 1323. Dein Anno 1324. Strigony.
 Anno 1325. Lipche. Anno 1326. Alba. Anno 1327.
 Posonii. Anno 1329. Liptsa. Anno 1331. Nafice. Anno
 1332. Varadim. Anno 1333. iterum Nafice. Fuere etiam
 hujus Joannis Ministri etate duo Conventus pro Fratibus
 nostris exstructi: Primus in Lippa per Reginam Elizabeth:
 Conjugem Regnantis Caroli Hungaria Regis: fundatus, ob no
 vam Canonizationem Ludovici Episcopi Ordinis Fratrum Mi
 norum. Schwantrerus tamen pag. 199. priore Anno adifica
 tum adstruit his Verbis: „Carolus Rex Hungaria Fratibus
 Minoribus Ecclesiam Lippa aedificat in Honorem B. Luys,
 seu Ludovici Episcopi Confessoris, ex Ordine Minorum, in cujus
 honorem

Anno 1323.

Succedit Minister
 Joannes, Capitula
 celebrat, duo exstru
 untur Monasteria.

Honorem Geo-natum suum Filium pariter ꝑ: postea Regem - Hungaria: Ludovicum appellavit. Alterum Monasterium edificatum fuit in Szatmar, seu Szatmar-Remeti, de quo itidem brevibus Archivi nostri Monumentum ita edisserit. Conventus de Szatmar fundatus creditur per Reginam Elisabeth. De his Conventibus Vile Ampliora in 3. par: Collectaneorum.

Anno 1330.

IX. Quamvis Episcopatus Belgradiensis, seu Nandor-Albensis fundatus sit, uti P. Martinus Szent-Ivanyi scribit de hujus loci Episcopis pag. 9. ab Innocentio X. Saeculo Superiore, & Archi-Episcopatus Antilbariensi in Albarria-Subjectus, antea tamen hujus loci Episcopos fuisse idem ipse Con-
sentit: quos inter ex Ordine nostro sequentem commemorat his Verbis: Anno 1330. Confirmatus esse legitur pro Ecclesia Nandor-Albensi Blasius Joannes Ordinis Minorum in S. Pagina Professor S. Idus Februar: Biennio post hunc Annum Anno nimirum 1332. in Feste Pentecostes celebravit Provincia Bohemica, & Polonia Capitulum Boleslavia in Bohemia, cujus Commissarii a P. Ministro Generali Gerardo Odonis instituti fuerunt P. Jacobus, & Conradus ex hac Provincia nostra Hungariae. Ita Biernaczky pag. 250.

Episcopus Nandor-Albensis ex Ordine nostro. Duo item Commissarii in Bohemia instituerunt.

Anno 1334.

X. Post Joannem Ministrum Electus fuit in Capitulo Strigoniensi celebrato P. Marcus Undecimus hujus Nostra Provinciae Minister, uti in Connotationibus Archivi nostri invenio, qui tamen nihil memoratu dignum gessit, ac Anno insequente Officio cessit.

XI. Insignis fuit hic Annus 1334. Quorundam Ordinis nostri Martyrum agones. In Civitate Saray Imperii Tartarorum quos inter P. Stephanus Varady e Varadino Hungariae Civitate Oriundus Scenam ingressus fuit, qui hominis fragilis initio, ac deinde invicti Martyris Personam mira egit Varietate. Certabant in ipso quasi ad Amulationem Daemonis invidia, & Divina Misericordiae Comitatus, infirma propensio, & gratia, ex transfuga factus Illustris Christi Confessor. Hic porro P. Stephanus in Sua Juventute Institutum Minorum, professus, dein ad Sacerdotium proventus, in Tartariam, transmissus fuerat cum alijs ꝑ: uti jam Saepè dictum est, ut sua etiam opera Infidelium Conversionem promoveret. In Conventu igitur S. Joannis tribus a Civitate Saray miliaribus disjuncto Constitutus, lubrica Conversationis Suspectus, disciplinae Subjectus fuit, & Carceri inclusus; hinc Visibilis illi cum Demonibus lucta, qui aperti Claustris fugam Tradebant, & quando,

Vita & Certamen P. Stephani Varady.

que.

que per vim impellebant, quorum importunitatem sibi diffidens, ad Fratres refert, rogans: ut Custodiam Arctiorem adhibeant, ne forte sibi relictus, tentationi succumberet, quae Apostasiam a fide etiam obtruderet; Nocte quadam victus, Diabolo eum per fenestram propellente, cepit, liber tamen Casu, seu Dei potius interiori admonitu, Retro ad Crucem in Turri Campanaria eminentem, & simul ad Cor conversus, decusa tentatione vias suas reprehendit, Domini pro se mortem, & passionem recolens: Quomodo inquit: Dominum meum, qui pro me talia pertulit, negare possum? Non negabo! Et explosis Daemonibus in visibili forma comitantibus; Substitit. Sequenti autem die Concepto ex attentata fuga metu, in horto latens, ultro querentibus Sodalibus se obtulit, Seriem fuga, & tentationis, injectumque Divina Prælia impedimentum sincere aperuit, rogavitque instanter, sui curam, & Vigiliis Observari, tot impugnationibus hostis imparem se agnoscens.

XII. Superiores interim inde in tutiorem Custodiam ducendum, ad Conventum Caphe Curarunt, sed Comitum cunctanter, & neglectius munus exegentem, maligno spiritu denuo exagitatus fessit, dilapsus ad Saray Civitatem, familiari cuidam Saraceno sua ad Mahumeticam Sectam defectionis Consilia communitavit, approbavit ille, retulitque quamprimum ad Summum inter ipsos in Religione Magistrum, quem Cadi appellant. Cadi autem hanc Occasionem ex invidia, & Concepto Veritatis odio, velut per manus datam non contempsit; plurimum inde emolumentum accedere sperans, suæque Sectæ Confirmationem, quod Vir Religiosus & Sacerdos, illiusque Instituti, cujus in Tartaria notus inter Infideles progressus, & Evangelium propagatio cum fructu vigebat, Neglecto Christo Mahumetica legi accederet. Stephanum ergo amplexatus, & osculatus, bono Animo epe jubet: Interim in sequentis diei Festum: quod Solem, ne Saracenis fuit, & lingua eorum *Mereth* appellatur: receptionem ejus distulit, quo majori applausu, & Concursu initiaretur in Scandalum Christianorum, tempus ipsum, & occasionem defectionis idoneam Diabolus captavit; nam fuga Stephani in illius Solemnitatis Vigilia contigit, quæ tunc erat Feria V. Hebdomada.

Continuatur ejus,
dem perversis.

XIII. Sequenti ergo Feria VI. Quando Conventus ex Condicto frequentius habebatur in Fano Mahumetico, quod inter eos *Meogruta* nomen sortitur, Stephanus inducitur, fidem abjurat, profitetur Alcoranum, Mahumeti & Sæcatoribus publica Confessione adheret, exiitque habitu Monastico per ipsum Cadi, quem ex contemptu pedibus calcet, & conspuat: induitur purpura, & Vestibus

Idem Continuat.

Vestibus pretiosis, Auro intertextis, Adjicitur Spes, & promissio
 Honorum, & divitiarum, quo in Tyronis Animo prioris Institu-
 ti memoria omnis aboleretur, & laxaretur per illicita ad copia,
 qui parsimonia, & Angustia Monastica pridem Conseravit. Con-
 versus illico ad Saracenos Caeli, Letari inquit: oportet ex ac-
 ceptu talium Virorum, qui in lege Christianorum doctrinam, &
 Constantiam inter Ceteros eminent., Spargitur interea per totam
 Civitatem fama de Conversione cujusdam Magni Sacerdotis
 Christianorum ad Saracenisum, fit Concursum Undique, in-
 stituitur pompa, Stephanus in Equum paratum, & phaleratum
 sublevaratur, Conscendunt & Magnates Saraceni Officii causa Equos,
 praeferuntur Vexilla, & inter alia Vestis, seu Habitus Stephani -
 pendens in Hasta, Ceteris altius ad ostentationem levatur, Ca-
 mitur tubis, & ita per totam Civitatem pompa elucitur cum Ma-
 gno Saracenorum applausu, Christianorum vero indigni moerore,
 quorum tanta fuit confusio, & maxime Sodalium, ut Turba se-
 subducerent cum lachrymis, exsibillati nec aliud tum Consilium
 ob imminens periculum Commune Religiosorum, & Christiano-
 rum attentare audebant.

XIV. Hucusque s. Stephanum Fratrem nostrum: Val-
 in Contumeliam ex manibus Artificis Arte Diaboli delapsu,
 & confractum est, sed mox Dominus illud assumens in Hono-
 rem Reformavit. Stephanus Namque videns Confusionem si-
 dei, & Scandalum subortum, Fratrumque suorum afflictionem,
 dum inter Ceteros sublimis obsequitaret, & ipse interius facti
 Poenitentiam conceptam moveri, & turbari coepit, Deo tangente Cor
 ejus, nec applausus Infidelium, & Letitia actum mentis tempe-
 rare potuerunt, quin exterius prodiret interioris motus, & redi-
 vivus ad Resipiscentiam Animus, cujus hoc signum edebat:
 Quando Saraceni instabant, ut elevato digito uno, Confessione
 unius Dei monstraret, ille primum unum ostendebat, & mox
 tres, ad designandam trium Personarum in Una Deitate Conve-
 nientiam. Habitabat tunc in eadem Civitate quadam Matr-
 na Nobilis Armena, Fratribus, & Ecclesiae Romana devota,
 haec plus quam virili Animo disimulato habitu, & facie in tur-
 bam se injecit, & novo profuque equitanti adpropinquans, lin-
 gua Armenica s. quam & Stephanus Caluit, & Mulierem no-
 vit: alta voce inelamavit: „Frater Stephane! Utinam te brevi
 viderem, Caudam equinam per totam Civitatem trahi ad supplicium
 in honorem, & Confessionem X^{ti}, sicut hodie in ejus Contumelia
 adeo sublimem equitantem Cerno.“ Hoc Verbum prudentij Mulie-
 ris

In Triumpho perditio-
 nis nactus fuit occa-
 sionem Conversionis.

rid factum est in Corde ejus velut Sagitta Acuta. Postmodum in-
struuntur Epula magno apparatu, Sed Stephanus ne gustare-
quidem poterat, interrogatus: Quorsum? Respondit, Se Spiritu
Mahometis plenum, ducitur domum, Custodie ejus dato uno
Saraceno, Instructore Regis.

XV. Interim quidam F. Michael per Servum Fratrum -
Henricum Romine clam mittit literas admonitorias, quibus ac-
ceptis Stephanus fingens quasdam esse instructiones juranda
memorie idoneas, & scriptis respondit in hanc formam: Peccavi
sicut Judas, non tamen sicut ille despero. Goveritis: ab errore Dei
gratia me conversum, si latere absque periculo vestro possum, Car-
ceres perpetuos subire paratus sum, si secus; Colloquium deside-
ro, ut pro Christo publice occumbam, quem sic publice abjuravi.
Ad hac Fratres ex parte lati, ex parte dolentes inter spem, & me-
tum cunctabundi haerebant, ne quidquam accideret in detrimen-
tum populi Christiani, ad desolationem Ecclesiarum, sequenti
die Sabbathi iterum ejus Animum tentarunt, internuncio eo-
dem famulo, ut explorarent Constantiam propositi: is Stephanum
ad Rippam fluminis inserentem, & dolore adeo absorptum reperit,
ut vix tremantibus labijs loqui posset, in hac pauca: Hen Hen-
Henrice peccavi, peccavi. Patres admoneas, ut propter Deum
huc cras advemiant, anime mea Curam Acturi. Illi submise-
runt, ut sequenti die, quae fuit Dominica, in domum cujusdam
Petri Christiani, qui hunc ipsum Stephanum in Filium adoptave-
rat, clam se subduceret, quo liberius & sine discrimine liceret
alloqui. Monita exequitur, & ejusdem Petri advolutus pedibus,
veniam cum lachrymis exposcit rogans: quamprimum Patres
advocari. Venit illico F. Petrus Pvardianus cum alijs, quibus vi-
sid humi prostratus, Veniam defectionis rogat, & recipi ad Poeni-
tentiam, & Communionem, tantis singultibus, & lachrymarum co-
pia, quae praesentes omnes ad fletum provocaret, & deplorandi
lapsus ejus Compassionem, recedentibus Reliquis post verba con-
solatoria, Conscientiam facta Exomologesi, Coram Pvardiano ex-
piat, cum maximo ejulatu, ut etiam a procul stantibus audire,
tur, neque alioguin vocem cohibere poterat, tantum in sui ul-
tationem Divina Gratia Spiritus ejus intumuit, & praeteriti deli-
cti horrore percussus, modum in planctu non inveniret, nec alio
contentus esset, donec veram Christi Confessionem Sanguinis
effusione redintegraret, ac inquit: Filius aeternae mortis sum,
nisi pro Christo moriar, nihil cunctor, nihil vereor, super est
apud me Religionis habitus, Vultis: ut abjectis profanis, in
illo

Convertitur in
private.

illo compaream solo? Respondit Prædianus subtus indueris habitum, coram Cadi apparebis, & facta fidei professione dissecabis, & dicitur trahes profanum Novitatis tue indumentum, & sic apparebis verus Frater Minor mente, & cucullâ. Exposcit deinde Supplex Domini, ei Corporis Sacramentum, Prædianus Respondit: „ Crede & manducasti; Nec enim aliquin in ea veste, quam geris, audeo Sacramentum Dominicum tibi offerre, nec tam citò ante condignam satisfactionem, & Poenitentiam opere completam, lachryma impetrabunt, & desiderium, quod ex legitima causa subtrahitur. Crede firmiter, & Confide in Domino, quia ipse tecum erit tamquam Bellator fortis. „ Denegationi huic iusta acquiescens Stephanus, rogat, ut Evangelium S. Joannis: In Principio erat Verbum. Super Caput ejus legeretur, quò lectò, cum lachrymis se commendavit Orationibus Fratrum, Orate inquit pro me: quia ad Certamen accedo.

XVI. Ità Valedicens, & in Domino confortatus, habitum quem domi servabat, sub purpura induit, ut prescriptum fuerat. ~~Die~~ vero Luna ante meridiem Spiritu plenus sanum Saracenorum, in quo ferè decem millia Saracenorum convenerant ingreditur, intranti ex officio Nobiliores assurgunt, ipse vero ad suggestum accedens, silentium manu indicit, omnibus suspensis & expectantibus, aliquam de more Concionem audire in sua superstitionis Confirmationem, ut qui de ejus Scientia præsumebant, & blasphemis in Christum aures patulas habebant, atque ità Stephanus exorsus est: „ Ego inquit: per viginti quinque Annos nomen Christo dedi, vidi legem ejus nihil mali continere, esse salutarem, & Veritatis plenam; inter Saracenos per tres tantum dies Apostata existens mala omnia, & mendacia regnare comperi, legem vestram Superstitionem, & mendacium, & peccatum esse, Mahometem autem, & Legislatorem Pseudo-Propphetam, & Seductorem. Confiteor itaque Christum Verum esse Dei Filium, & Salvatorem Mundi, & Beatam Mariam ejus semper Virginem, Vestram Superstitionem tota intentione, & animo abjuro, & detestor. „ Quibus dictis vestes Saraceni vestitus exiit, & abiecit, & in solo Monastici Instituti habitu, quem subtus gerebat, permansit. Insurgunt ad hæc in ipsum Saraceni, lapidibus, fustibus, & quibuscunque ad manus oblati, alapis, pugnis, calcibus contundunt. Exclamat Cadi: ut occisioni ejus supersedeatur, & ex lege reservetur flammæ, rum incendio, manibus ergo ligatis, in Custodiam in domum ipsius Cadi protrahunt, & ad Vesperam usque tormentis fatigant,

Publicè abjurat Superstitionem Mahometanam, & Christum Confitetur. Incipit Martyrium ejus.

gant, quem ex contusione, & poenis debilem, & quod nihil penitens
tribus diebus ex concepto sui cadus moerore gustaverit, relin-
quunt in sequentis diei Spectaculum; Cadi noctu eum accedens,
temeritatem ejus damnat: „ Quid genus inquit malus: huc te spon-
te adegerat? non coactus venisti: quid officii in te pratermis-
sum est a Nobis? ut tam cito redires, & in legem, & Prophe-
tam nostrum Blasphemus existeres? Ad hac Stephanus: „ Re-
cte dicitis: malus enim genus deceptor, & seductor inhi fuit, ut
Deum & Dominum meum, fidemque ejus desererem, sicut ve-
ster Mahumetus Spiritu maligno populum vos sine dubio se-
duxit, damnationis, & mortis reus, sicut & ejus sectatores. „
Ad hac inflammatus Cadi, eum denno tortoribus subjecit, -
quem toris arena refertis, & plumbatis usque ad animi, & vi-
rium deliquium caciderunt, & semivivum in copules ex manu,
& pede dextro suspenderunt, appensis ponderibus, & lapidibus
ex altera manu, & pede sinistro, totoque Corpore, & sic tota No-
cte in agone certavit.

XVII. Sequenti die, qui fuit Feria tertia, accedunt, &
stupefacti Vivum reperiunt, deponuntque. Imperatrix autem
Tartarorum, Filia Imperatoris Græcorum, Eadem compassa, sub-
misit alimenta, quibus refocillatus, vires assumpsit, Cadi sub
noctem advenit, & infide Constantiorem inveniens, subdidit
flagellis, & Scorpionibus, sicut nocte Superiori, & semivivum su-
spendi mandavit, ex manibus, divaricatis pedibus, & extensis vir-
gulis, quantum distrahi poterant, magna molis, & ponderis Iron-
cum appendit, atque ita distentus, totam Noctem transegit. Se-
quenti die depositus in presentia Cadi, & interrogatus, Si vitam
redimere vellet, & tormenta per veram professionem legis Ma-
hometicæ? Alioquin sequenti nocte crudelissimam mortem expe-
raret. Respondit invictus Christi Athleta: „ Ne cuncteris inquit
in mortem, & tormenta pro Christo paratus sum ire. „ Gotte se-
quenti flagellatum sicut aliam Chordam collo appensa suspende-
runt, subtus magnum ignem accenderunt, ingerentes copiam fi-
mi, ut fumo, & flammâ Cruciatum suffocarent, & jam mortuum
putantes: in Carcerem quasi examine cadaver neglectim projecerunt.

Continuatur
Cruciatum.

XVIII. Interim sequenti Aurora luce Saracena ejus
tolerantiam, & in tormentis longanimitatem Audientes: ex curiosi-
tate muliebri, & quodam Naturalis Compassionis instinctu ad
Carcerem veniunt, & prospicientes per rimas, vident totum ma-
gno splendore illustratum, Fratrem Stephanum flexis gemitibus
solutum,

Solutum, & Orantem Restauratis integrè viribus, & duas columbas albas, alteram hinc, alteram inde Dumeris ejus insidentes. Prodigio obstupefacta, rem ad Cadi deferunt: hic territus Guncio, & ipse otius accedit, Splendorem videt, ac Stephanum Orantem & Vinculis Solutum. Stupore ergo, & metu plenus Tubernatori Civitatis id narrat, & in ipsi Consilij quid agendum? consultat. Respondit ille: „Tu videris: tuo Consilio Saracenum fecisti, tuo Consilio Reliqua de ipso dispone, ego causæ non interveniam, quæ sine me initium, & progressum te Authore habuit, habeat & exitum. „Cadi itaque Anxius mentis, & de eventu sollicitus, libertius dimisisset, si populi timor, & Scandalum transgressæ legis permitteret: ex altera parte secundum legem scriptam flammis adjudicandum putabat, verebatur tamen aliquod insolitum prodigium suboriri posse ad populi motum, ut qui jam expertum habebat, cum Divina virtute tormentis Superiorem evasisse, quid si in publico eadem probanda esset majori periculo; & flammis eriperet, quæ alias applicata, nihil nocuerunt, atque hac ratione Animum populi captari posse prodigiis, & inde magnum subesse mutandæ Religionis periculum. Cæterum in publica injuria legem contemnere nequaquam ausus, ex præcepto illius agere decrevit; Suspicio tamen miraculosa evasionis illum in omnem partem sollicitum traherat, idcirco ad dolos Conversus, specie quidem adimplenda legis, Struem publico inforCongerendam mandavit: interim fornacem incendi clam præcepit, cui a foris clause includeretur, visa illa Strue lignorum, fama & rumor Stephani comburendi magis percrebuit.

XIX. Fratres de Eventu solliciti, ne forte cederet tormentis, & inde Scandalum augeri posset, Fr Petrus Pvardianus, & Fr Wilhelmus ejus videndi, & hortandi causa Vestes ex ritu Saracenorum desuper incluti, ad Carcerem acceperunt, eo etiam animo, ut si quoquam ex metu, & infirmitate titubaret, se Comitæ ad supplicium offerrent, eumque suo exemplo sublevarent, portam Carceris apertam, Saracenos ingredienti, atque egredientes, ipsi insultantes repererunt, quibus ipse raro, aut nihil respondebat. Fr Wilhelmus alium se simulans, ad Saracenos: qui varijs questionibus Martyrem Christi pulsabant, quibus ex contemptu nihil respondebat: „forte inquit: vos nequaquam percipitis voce Patria interrogatus, respondebit promptius, & conversus ad Stephanum: „Quorsum inquit: non respondes alacriter, quod ut respexit, & simul Pvardianum propius accedentem, conversus ad Saracenos: quid me inquit: sine fructu interrogatis, dixi jam Majoribus

Decernitur, ut flammis
adjudicetur.

Visitatur in Carcere
a Fratribus.

Majoribus Vestris, quod expedit: Vos in Superstitione Versari, Sectam Vestram fallacem esse, in solo Christo, ejusque Doctrina Salutem inveniri., Quibus dictis Signum fecit Buardiano, & Socio, ut se Turbae Subducerent, de cujus Constantia Securi disceperunt, & oblati Sacrificijs illo die, omnes Fratres agonem ejus sollicitè Domino Commendarunt, & Oribus Sanctis, ac praesertim Sanctissime Virgini, & B. P. Francisco, quorum Missas recitarunt Votivas, adjicientes alia Suffragia, Stephanus illo die inducias à Tormentis gravioribus habuit.

XX. Sub Noctem Cadi accessit cum Ministris, flammis sequenti die minitans, nisi votis consentiret, Respondit:., Minas tuas non timeo, perfice, quod inique Concepisti, Studeo Complacere Domini mei Jesu Christi Voluntati., Hac audiens Cadi, praecepit eum intrudi in fornacem eo sine accensam, & os ejus aforis obturari, ita factum est, illo cum Ministris Spectantibus, donec jam Consumptum penitus putarent, deinde quasi re peracta disceperunt. Sed Christi Martyri fornax illa in Templum Conversa est, & ignis in balneum tepidum, totamque Noctem in Christi laudes transegit, Orans, psallens: mane autem illucescente, vocatis Ministris Cadi praecepit, ut fornacem aperirent, & si quae ossa illius desertoris, aut Cineres superessent, diligentius Scrutarentur, colligerent, & absconderent; accedunt illi, fornacem aperiunt, & quem pridem in Cineres Conversum existimarent, in oratione Vigilantem, & leviter quasi in balneo Judantem. His auditis Stupefactus Cadi, expavit:., Miraculum inquit est Dei: ille mori non debet, ad haec accersis Saraceni, Respondent:., Secundum legem incendio, & igni tradi oportet, quia legem contempsit, si volueris liberare, ejusdem mortis, & poenae tecum te cum ipso facis, uterque interficietur.

In fornace candente illasus permanet.

XXI. His commotus Cadi Puberuatorem accessit, totum eventum narrat, Consilium exposcens, cui ille non secus, ac antea Respondit:., Non me immisceo inquit: neque mihi ullum lucrum esse potest ex illorum Fratrum execratione, sicut nec Fratrimis fuit, quem execrantes, subito in delicti poenas traxerunt, non enim Superstitem., Deductus est interim Stephanus in publicam Custodiam ad mortem damnatorum, Saraceni nocte plures Armati supervenerunt, neque patientes moram, nec absentem Custodem expectantes, dolabris, & fustibus portam, excussis postibus, & Cardine evulserunt partim, partim exciderunt, & ingressi cum tumultu, ubi inquit ille, qui legem nostram destruit? Alterum e duobus

Ultimo iterum resolu-
vit se ad mortem pro
fide X^{ti} obeundam.

ē duobus sine mora elige, aut mori cum Christo, aut in nostra lege vivere. Ad hac Athleta Christi nihil cedens, Sacerdos inquit Jesu Christi sum, non moror, lex vestra Superstitio est, & damnatio, Lex Christi vera, & Salutaris pro qua libenter moriar. Tunc unus securim in Collum ejus adegit, in pacto le-
thali vulnere, alter Ventrem gladio transfodit, ita ut viscera apparerent, sed alii clamant igne perimendum. Supervenit ad hac Caci, qui Sponsionibus, & blanditijs aggreditur, Sanitatem, & medicinas spondet, adjungit Filie Nuptias cum magnis divitijs & honoribus, Objicit honorem impensum, & Officia a quibus, cunque Saracenorum Magistratibus, sponte nomen declispe sine sollicitatione, aut Coactione, & alia multa, ad quae ille intrepidus paucis respondet: Tuam Filiam nolo, & pecunie tuae tecum sint in perditionem, de corpore hoc statue, quod placuerit.

XXII. Die igitur sequenti, qui fuit Sabbathi, facto per Civitatem tumultu, exposcitur ad poenam, tunc Caci lata sententia iterum flammis adclixit: Educitur, denudatur, Cauda equinae alligatur, ne devota Matrona, qua hoc ipsi precata est, preces non exauditas, quispiam subsumeret, quamquam & hoc talis noxae reus ex usu contumelia accidebat. Tunc Martyr susceptu ex-
hilaratus, non segriter ad Bravium in Stadio cucurrit; etsi enim ventre, & Collo lethaliter vulneratus, tot dierum inedia, & gravissimis Tormentis exagitalus fuerit, ad robur tamen Animi, & Corporeis omnia cessisse videbantur, non solum enim non titubavit gressu, aut defecit sub pondere, sed exultans, & psallens Egvum antevertit, quod omnibus stupori, Fidelibus vero miraculo fuit, Infidelibus autem furoris, & irarum fomes, Unde accurrentes, fustibus absque misericordia cedunt, ita ut toto Corpore Sanguis emanaret, & incruentum nihil appareret. Quidam Lens ei Auriculam abscidit, pretio distrahendam Cauponi, pro cujus Officina ducebatur; dixerat enim idem Caupo ex contemptu, & rabie, quo vis pretio empturum aurem perfidi illius Stephani Christiani, pretio acceptam in ignem pro foribus accensum projecit, illa tamen prosiliit, non sine miraculo in Sinum cujusdam Christiani, casu advenientis, quam is detulit ad Fratrum Monasterium.

XXIII. Ductus interim Stephanus ad Incendii locum, gratias agens Deo, oravit in haec verba: Domine Jesu Christe Pater Misericordiarum Concede: ut propria manu mihi ipsi Signum Crucis impertiar, Antequam ingrediar flammam paratam. Statim miraculose solutis Vinculis, & decidentibus, signo
Crucis

Educitur ad mortem.

Crucis se ipsum manens, & in Confessione hominis Christi ignem sponte, non protrusus ingreditur, ad contactum tamen invicti Athleta fuit exstinctus, neque Corpori flamma potuit nocere, Miraculo hoc furorem adauxit Saracenis. Demum Calamos siccos congerunt, oblimunt sebo, atque ipsius etiam Corpus, quo facilius arderet, Manus vinciunt sed cum propelleretur in ignem, Vincula iterum soluta sunt, & Signum Crucis impressit, deinde ad eius contactu ignis exstinguitur sine Corporis lesione. Exclamat ergo in Confessione hominis potentiam, & Misericordiam eius plena voce, & mentis júbilo exultat; deinde insultat Infidelibus: „ Ve vobis ingrati Saraceni; quia Confusi estis, Vobis predico ignis iste vester mihi non dominabitur Vivo. „ Quibus auditis, gladijs, Securis, Sca, stis, lapidibus eminus, Cominus eum invadunt, & tandem in Confessione hominis Jesu Christi constans, & exultans gloriosus Martyr vulneribus confusus, & laceratus gloriose occumbit hoc ipso Anno 1334. Die 22. Aprilis. Corpus ejus hodie traditur, ut nulla Reliquia superessent, sed paucula ejus ossa incendio relicta, Collegerunt Christiani eadem nocte, & duabus sequentibus luminaria de Coelo supra locum incendiū visusunt, non modo à Christianis, sed etiam à Saracenis & Judaeis, & postea pluribus Corruscavit miraculis. In hoc S. Stephano Vavady Ordinis, & Provinciae hujus Nostra: nulla equidem alia hoc tempore existerat: Hungariae forti Athleta Magnum Divinae Misericordiae, & Praticae Exemplum exhibetur, ne quisquam sibi ex dono Dei confidat, aut ex lapsu Divinae Punitionis diffidat. Scripserunt de hoc vere glorioso Martyre Bartholomaeus Pidanus, Chronica Antiqua Ordinis, Marianus Florentinus, Marcus Ulisiponensis, Petrus Ruololphus, & Anonymus Author apud Waddingum ad hunc Annum. Volui hujus Sancti nostri Martyris vitam & mortem per extensum hic inserere, cum is dubio p̄veul. ad hanc Nostram Provinciam Spectasse dignoscatur, ac nos ejusdem S. Martyris intercessione in Dño gloriari queamus, qui quamquam Sanctorum Canonum adnumeratus non sit, Nobis tamen ejusdem Provinciae Reliquiis apud D. E. U. M. opitulari valet.

Consumat Agonem.

XXIV. Hoc etiam Anno: scribunt Chronica Antiqua Ordinis: Occidit à Tartaris, & vivum decoratum, alterum Hungarum Fratrem Dominicum, qui in tormentis laudes decantabat D. E. O., quod dignus sit habitus, qui pro nomine Jesu tormenta pateretur. Ita nimirum primarii Fratres Nostrae, dum sub Regibus Catholicis in Patria sua Christi fidem disseminandi, &

Fr. Dominicus vivus decoratur, & pro Christo occiditur.

Animas

Animas suas pro Fratribus ponendi occasionem non haberent, eam
 iussu sicut in Superioribus memini Pontificum, Superiorumque
 suorum in Exteris Barbarorum Regnis quæsivere. Episcopum
 Nitriensem hoc Anno electum, & institutum fuisse Fr̄em Vitum
 de Castro Ferreo Ordinis Minorum, scribit P. Nicolaus Schmidt
 e Soc: Jesu in Compendio Archi-Episcoporum Strigoniensium
 fol: 184. his verbis: „Meskonem Nitriensem Episcopum
 hoc Anno ad Cathedram Vedurimiensem translatum, Mesko-
 ni successisse F. Vitum de Castro Ferreo, seu Fratrem Vas-
 vrium Ordinis Minorum &c:“

F. Vitus de Castro
 Ferreo fit Episcopus
 Nitriensis.

Anno 1335.

XXV. Anno mox evolutō electus hujus Provinciae Mi-
 nister Marcus satis cepit, aut ut Catalogus Ministrorum Ve-
 netijs Anno 1504. excusus perhibet: Officium resignavit, in
 cujus locum institutus fuit P. Petrus Duodecimus hujus Pro-
 vinciae Minister Anno 1335. de quo ita Archivum nostrum,
 F. Petrus Minister in locum ejusdem s. Marci decessoris sui: seli-
 gitur Anno 1335. Unum hoc eodem Anno hic Minister
 celebravit Capitulum Strigoni, in quo fortasse electus fuerat,
 aliud vero Bude, utriusque sequentibus Annis. Bude An-
 no 1336. Nasica Anno 1337. Strigoni Anno 1338. Un-
 cus Conventus Telegdiensis sub hocce Ministeriatu accessit Pro-
 vinciae Nostrae, cujus praeter Archivum nostrum meminit more
 suo brevibus P. Simon e Soc: Jesu in Synopsi Chronologica
 ad hunc Annum. „Coenobium Telegdinense extinctis Templa-
 rijs datur Ordini Seraphico.“

Minister eligitur,
 celebrat Capitula.
 Conventus Telegdi-
 nensis accedit.

Anno 1338.

XXVI. Quanta hoc Saeculo Fidei Orthodoxae Incre-
 menta promoverint Ordinis, ac hujus Nostrae Hungariae Pro-
 vinciae Alumni Argumento est: quod hoc Anno 1338. rursus
 Summus Pontifex Benedictus XII. Posteaquam perve-
 nerunt Avenionem s. ubi Sedes Pontificia exulaverat: Legati Im-
 peratoris Magni Tartarorum, qui se Imperatorem Imperatoris
 nuncupabat, icturi nempe foedus cum Pontifice, eo praesertim fi-
 tulo, ut Fides Christiana in hac Barbarorum Parte Majora
 Caperet Incrementa, Legatos hos benignissime audivit Pontifex,
 omnemque impertivit honorem, ut Potentissimi Imperatoris, &
 numerosissime Partis Conciliaret Amicitiam, ulterioremque,
 ac faciliorem Fidei praedicandae aditum praestrueret. Dimissis
 porro sub Mensem Julii ad suos Principes his Legatis, ut vi-
 cem redderet, alios misit sub Mensem Novembris: Quatuor
 videlicet ex Ordine Nostris Minorum viros doctos, & pios. Miru-
 est

est, quomodo Abrahamus Brovius Verum Dominicanarum Scrip-
 ptor famosus Epistola 198. Regesti hanc ipsam Legationem suam
 Comodalibus adscribat? Missis inquit: Fratribus Predicatoribus
 Ita idem Brovius ad hunc Annum 1600. Cum nullibi in
 hac Missione mentio fiat Predicatorum, & ubique reperiatur No-
 men Minorum: Uti Wadlingus noster ex ipsis Originalibus Rege-
 sti Vaticani Monumentis ostendit. Passim se Nobis ingerunt hu-
 jusmodi Metamorphoses, quas absque bile, & Stomacho placide le-
 ctori exponere potius, quam acriori Calamo perstringere ^{consuevit} judico. Et
 vero si nonnulli Historici Sincerius scripsissent, & ne dicam amplius,
 sed equè duntaxat Veritati, ac Cetus sui Honoribus adlaugendis
 studuisent, hujus humilis Fratrum Minorum S. Francisci Or-
 dinis Amplior passim in Chronicis memoria prouideret, ast inui-
 dia etiam Sanctos aduulsi. Sed ut ad propositum Regrediar: Mi-
 sit hoc Anno Pontifex ad Imperatorem Tartarorum, quatuor
 Legatos ex Ordine nostro, quos inter unus fuerat **W. Gregorius**
 de Hungaria. Legationis Complures Literas vide apud Wadlin-
 gum ad hunc Annum. Addeclit præterea idem Pontifex Episto-
 lam ad Fræm. Eliam Hungarum æque Ordinis, ac Province
 nostre, hoc tempore in Tartaricis Missionibus cum plurimis ali-
 is commorantem, Principi Tymbech, Primogenito Usbech Impera-
 toris Tartarorum familiarem. Literarum tenor ad verbum est iste.

Mittuntur Legati
 ex Ordine nostro ad
 Imperatorem Tarta-
 rorum, quos inter
 Hungarum Gregorius

Dilecto Filio Elia Hungaro Ordinis
 Fratrum Minorum.

Fide dignorum placito relatu percepimus quod
 tu familiaribus Spectabilis Viri Tymbech Primogeniti Magnifi-
 ci Principis Usbech, Imperatoris Tartarorum, & Magni Filii Chy-
 scam, insistens obsequiis eidem Primogenito, quantum potes com-
 mode viam salutis ostendis, & ipsum ad favores Christianis,
 in partibus illis commorantibus, impendendos, & alia pia opera ex-
 ercenda diligentibus studiis, & sollicitis curis intendis, super qui-
 bus Deo, & Nobis gratis, tibi que meritorijs tuam prudentiam mul-
 tipliciter in Domino commendantes, te attentius exhortamur, & solli-
 citamus Attente, quatenus habens Dilectos Filios Nicolaum Bon-
 eti S. Theologia Professore, Nicolaum de Molano, Joannem de
 Florentia, & Gregorium de Hungaria tui Ordinis, Nuncios nostros
 quos ad illas partes mittimus, favorabiliter commendatos, & eos-
 dicto Primogenito Cordialiter recommendans, non tepescat super
 predictis tua diligentia, sed sic potius ferueat, & augeatur, ut præter
 cumulum meritorum, quæ inde poteris acquirere apud Deum,
 nostram

Litera Pontificis
 ad Eliam Hungarum

nostram & Apostolica Sedis Præstiam Uberius Conseguaris. Volumus autem, quod prefato Primogenito, cui nos etiam scribimus, explicare pro parte nostra procuret, quod nos & Sedem prædictam circa illa, que pro salute, & honore ipsius secundum Deum, & elecentiam nostram facere poterimus, propitios reperiet, & benignos, & tunc nobis super his, & alijs, que de partibus illis occurrerint, scribere poteris confidenter. Datum Avemione II. Kalend. Octobr. Anno IV. Vide Waddingum ad hunc Annum. Memoratus Imperator Tartaria Usbeck hunc eundem Fratrem Eliam de Hungaria biennio clapsò destinavit ad Sedem Apostolicam cum duobus Nobilibus Viris Catholica Fidei Professoribus, qui a Benedicto Pontifice excepti honorifice, & iterum cum literis causam Christianorum in Tartaria degentium adinventibus remissi fuerunt. Ita citatus Waddingus ad Annum 1340.

Idem Fr. Elias deo-
natur ad Pontificem.

Annò 1339.

Minister Provincie
eligitur. Celebrantur
Capitula. Conventus
Sopromensis extruuntur.

XXVII. Petrum in munere Ministeriatu consecutus fuit P. Martinus electus in Capitulo Strigoniensi hocce Anno 1339. qui etiam Minister Generalis P. Perardi Odonis Vicarius institutus fuerat. Celebravit Minister hic Martinus, Tertius & Decimus hujus Provincie Minister: Capitula sui Regimini tempore, seu Quadrennio durante sequentia: Anno 1340. Sopronii. Anno 1341. Jaurini. Anno 1342. Lippe. Ita Archivum Provincie. Conventum etiam Sopromensem B. Mariae Virginis in Coelos Assumptæ, sub hocce Ministeriatu edificatum fuisse, præter sæpe factum Archivum nostrum scribit etiam Topographia Magni Regni Hungarie pag. 100. Uti etiam P. Ponzaga, ac Waddingus noster ad hunc Annum, id quod confirmat etiam Capitulum hoc Anno 1340. primum hic loci: ut paulo ante meminimus celebratum. Hinc opinio quorundam initium hujus Conventus ad Tempora Ladislai IV. Regis Hungarie, Annum nempe 1280. provocantium, nullo nititur fundamento. Plura de hoc Conventu Vide in 2. par: Collectaneorum.

Annò 1340.

Minister Generalis
Personaliter visitat
hanc Provinciam.

XXVIII. Monumenta Archivi Provincie nostre indicant, hoc Anno dictum Ministerium Generale Perardum Odonis Hungariam Personaliter visitasse: ita siquidem in Archivo consignatum lego: „P. Martinus Perardi Minister Generalis Vicarius, in Capitulo Strigoniensi eligitur in Ministerium, qui et Constitutiones in Provincie Reformationem recepit a prædicto Generali Anno 1340. Hungariam Personaliter visitante. „Lucæ fuerint hæc Constitutiones in Provincie nostra Reformationem edite facile assequi licet; Supersunt enim in Chronologia Orclini nostri, edite

nimirum a Papa Benedicto XII. Ac deinde per Ministrum
Generalem per totum Ordinem promulgata, cum vero hoc Anno
idem ipse Minister Generalis hanc Hungaria Provinciam nostram
visitaret, has Constitutiones in Provincia Observandas tradidit huic
Martino Ministro, quae Constitutiones, uti eas accurate expenden-
ti patet, multum per omnem modum ab introductis per Fratres
Relaxatos dispensationibus in paupertate, & vestis mollitie abhorre-
bant.

XXIX. Obiit hoc Anno XVII. Kalend. Augusti
Visegradi Magnum Franciscani in Hungaria Sodalitii Columnen-
Carolus Hungariae Rex; ita Waddingus ad hunc Annum
cui Regnum decrevisse, & stabilissem Fratem Pentilem de Monte Florum
Cardinalem, & Apostolica Sedis Legatum ex Ordine nostro ad
sumptum; alias enarravi: vices ille Filii S. Francisci affectu,
& beneficio frequentiter rependit, nihil quod ad Incrementum Ordinis
nostri, aut honorem spectabat, praetermittens: Cujus Corpus insigni
pompa Albam delatum, in Divi Stephani Basilica reconditum
est. Elisabetha Uxor Regina, Casimiri Regis Poloniae, Soror Ma-
rito defuncto, se totam pietatis operibus, & Tertio S. Francisci
Instituto addidit Cujus pietatem & Sanctitatem multi depraedi-
cant: Simon de Reza Pentis nostrae Historicus nullo tempore a
virtutibus sectandis destitisse, pauperibus, & egenis suis manibus
largas distribuisse Eleemosynas, Ecclesias solericis, ditissimisque
paramentis, Calicibus, argenteisque Ministerialibus, Corporalibus,
aliisque lintheaminibus a sentetiposa contextis, decorasse affirmat.
Praeter alia plura Nostra Hungariae Provinciae exstructa, aut re-
staurata Coenobia, Vetero-Buda insigni Clarissimum Monaste-
rium condidit, post mortem Regis Mariti sui Caroli eidem
convixit, ac ibidem Anno 1381. mortua, in Capella Corporis-
Christi Magnifico fuit condita sepulchro. Bonfinius eam multis
elogiis commendat, & pietissimam feminam, Matronarum decus,
Prudentia, ac Sanctitatis Exemplar appellat. Heroina isthaec in-
ter Materna pietatis Argumenta, in suo Testamento, quod per ex-
tensum adducit R. P. Nicolaus Schmidt e Soc. Jesu in suo de
Episcopis Agriensibus Compendio ad Annum 1380. praeter
pretiosissima quoque Vetero-Budensi S. Clarae Parthenoni-
legata, unicuique etiam Ordinis nostri Conventui fl. 500. Confes-
sori vero suo P. Joanni hujus Antea Provinciae Nostra Ministro -
Quinquaginta, uti etiam Conventui de Aracha, ac Lippensi
optime providit: Patebuntque haec uberius in 2. par: Collectaneorum
ad Conventus insinuat. Sed & alios Religiosos vix minori af-
fectu prosequabatur; ita enim de ijs in eodem Testamento disposuit

Anno 1342

Mortuus Carolus
Rex. Eius Elogia.

Elisabetha Coniux
Mulier Sancta in
Claustro Monialium
Vetero-Budensium
a se Constructo post
ea Sepulta.

Testamentum Re-
ginae Elisabethae Vi-
duae Caroli Regis.

Beati

Beati Domini, & Augustini Ordinum Fratibus 300. florenos, ac Fratibus Eremitis Ordinis S. Pauli, unicuique Conventui 200. florenos, ac Fratibus Carmelitarum sub Castro Budensi de novo Congregatis 100. florenos, ac etiam totidem Memorialibus Ordinis S. Domini de Insula Leporum.

Anno 1343.

Eligitur Minister,
Celebrat Capitula.
Duo accedunt Conventus.

XXX. Patre Martino ante quadriennium Strigonii in Provinciale Minister electo, sive vivis, sive officio decedente, hoc Anno 1343. iterum alter ejusdem nominis P. Martinus Quartus decimus Minister Provincialis electus fuit. Archivum Provinciae id obiter hunc in modum insinuat: Fr Martinus post predictum P. Fratrem aequae Martinum: Anno 1343. floruit, Celebravit Capitula Annis ut sequitur: Anno 1344. Sopronij. Anno 1345. Strigonii. Anno 1346. Tyrnaviae. Anno 1348. Quinque Ecclesiis. Anno 1349. in Szatmar. Anno 1350. Strigonii. Anno 1351. in Zemenye. Anno 1352. Lippa. Anno 1353. in Uylak. Adhaerenti sunt etiam hujus Patris Martini Ministeriales etate Provinciae nostrae Conventus duo: nimirum Anno 1351. in Zemenye, & Anno 1353. in Uylak, hodie Slavonitibus Hungarica pervertentibus vocabula Villok. De his ampliora in B. parte Collectaneorum.

Anno 1344.

XXXI. Anno Superiore humanis ereptus fuit Robertus Rex Sicilia, relicta Joanna Septe nata Caroli Filii Ducis Calabriae ante adeptum Regnum defuncti, quae Sceptra susciperet: Nupserat illa, Avo ita disponente, suo Consanguineo Andreae Caroli Regis ante biennium defuncti Filio, Ludovici jam tum post fata Patris Caroli Roberti in Hungaria regnantis Fratri, non licuit tamen, Regni Siciliae Regimen subire, utpote Ecclesiae juri subjecti, absque Pontificis Romani licentia, hanc postulaturi. Missi statim a Roberti Regis morte Oratores Avinionem, sed dum propagaretur in dies, submisit alios Ludovicus Hungariae Rex Fratri suo Andreae causam adjuvatos, ex iis unum Fratrem Dionysium Ordinis, ac Provinciae hujus Abbatem Regi familiarem, quem prudenter, ac fideliter in hac re laborasse, testatur Pontifex Clemens VI. Ut etiam eundem negotii feliciter peracti quincium remisit ad Ludovicum Regem tradita Epistola sequenti.

Fr Dionysius Regis Ludovici ad Clementem VI. Orator.

Charissimo in Christo Filio Regi Hungariae Illustri.
Celsitudinem Vestram Regiam volumus non latere, quod dilectus Filius Dionysius de Ordine Fratrum Minorum Capellanus
Tuus,

Inus, una cum alijs suis, & Carissima in Alto Filia vestra
 Elisabetha Regina Hungariae, Illustris Peritricis Tuæ Ambassa-
 datoribus, & Runcijs, Super negotio Charissimi in Alto Filii An-
 dreæ Regis Siciliae Illustris Permani Tui ad Sedem Apostoli-
 cam, & nostram presentiam destinatus, prudenter, & fideliter la-
 boravit. Cum autem eodem feliciter, prout per vos fieri potuit, ex-
 pedito negotio, sicut per alias Literas nostras eidem Ambassa-
 toribus assignatas, Sublimitati Tuæ plenius scribimus: Telem-
 Dionysius ad Tuam Præsentiam de beneplacito vestro redeat,
 vos ipsum s; qui quæcumque circa dictum negotium acta sunt, vi-
 va voce plenius poterit: Tuæ Benevolentia propensius commen-
 damus. Datum apud Villam-Rovam Avinion. Dioec. V. Kalen-
 Martij Anno II. ex Secr: Anni 2. Ep. 765. Apud Wad-
 dingum hoc Anno.

Qui Dionysius deinde Teste P. Martino Szent-Ivanyi e
 Soc. Jesu de Archi-Episcopis Colocensibus pag. 79. Factus
 fuit Archi-Episcopus Colocensis Anno 1351. Ast mendum
 hic irrepsisse, certum videtur; hoc namque Anno 1351. electus
 fuit in Archi-Episcopum Colocensem F. Hugo de Scuria, Ordini
 æque S. Francisci: uti Waddingus ad hunc Annum addu-
 cit Bullam: Summi dispositione Rectoris pro Institutione
 ejusdem ex Regesto Vaticano fol. 68. Cui fidem derogare non-
 vacat; Istud enim Vaticanum Regestum Summe est Auctori-
 ritatis in texendis rerum gestarum Chronicis, nec illud fortasse
 dici posset, quod eodem Anno 1351. mortuus fuerit Goster hic
 Fr. Dionysius, ipsique actutum in Archi-Episcopatu Succes-
 serit F. Hugo de Scuria, æque Ordinis nostri; Pontifex equidem
 in præcitata Bulla facit mentionem decessoris Gregorii cujusdam
 Archi-Episcopi, quo tamen nomine nullum in Catalogo Patris
 Szent-Ivanyi legere possum, ac Gregorium usque Comitem de
 Frangepanibus, itidem ex Ordine nostro, pertinentem nihilominus
 ad Provinciam S^mi Salvatoris, circa Annum 1320. assum-
 ptum. Hic in tanta ambiguitate, mea quidem opinio est: Fren-
 Dionysium fuisse Colocensem Archi-Episcopum ante Annum
 1351. Nec rarum est apud Laudatum P. Martinum Szent-Iva-
 nyi in assignatis Annis palmares errores s; fors vitio Typothe-
 ce intercurrentes; observare, Dionysio dein successisse Gregori-
 um nostrum Autumno: cujus Bulla Pontificia meminit, quæ
 vero Anno 1351. Fratrem Hugonem de Scuria. Dictum por-
 ro Gregorium, qui Dionysium inter, & Hugonem Colocensem
 regebat Ecclesiam, omisit R. P. Szent-Ivanyi, uti etiam
 ipsum Hugonem de Scuria, cum Dionysio immediate Suc-
 cessorem

Exhibetur ad Archi-
 Episcopatum Colocen-
 sem.

cesorem assignet Ludovicum Anno 1384. ad eundem
Archi-Episcopatum erectum.

Anno 1348.

XXXII. Scripsit hoc Anno Clemens Papa VI.
Ministro Provincie nostre Hungarie Martino, ut ad predi-
candam fidem Catholicam Cumanis, aliisque populis infideli-
bus intra fines Regni Hungarie constitutis, quibus verita-
tis lumen jam ceperat illucescere, viros doctrina, Eloquentia,
& morum integritate prestantes destinaret, in hunc modum:

Dilecto Filio Ministro Fratrum Ordinis Mino-
rorum Provincie Hungarie, secundum morem di-
cti Ordinis, ejusque Successoribus.

Quantum negotium Fidei Catholice, extra quam
non est alicui Gratia, neque Salus, inheret specialius Cordi
Vobis, tanto illud prosperari salubrius, & ad prosecutionem ejus
personas industres, & providas deputari, summo opere affectamus.
Attendentes igitur, quod in partibus Cumanorum, & aliarum
plurium Nationum Infidelium infra fines Regni Hungarie con-
stitutis, eo qui Salutis Auctor, & lumen de lumine Verus Deus
est, illustrante, lumen ipsius Fidei illucescere jam ceperit, mul-
tis ex infidelibus ipsis ad ipsius agnitionem Fidei jam conver-
sis, nos desiderantes attente, ut hujusmodi novella plantatio ir-
rigante Domino Continuum recipiat incrementum, Discretioni
Vestrae per Apostolica Scripta mandamus, quatenus ad infor-
mandum, & instruendum Pentes easdem, quae ipsius Fidei docu-
menta non norunt, & illos etiam, qui ejusdem Fidei Sacramen-
tum inspirante Domino susceperunt, in Fide hujusmodi roboran-
dum, aliquos ex Fratribus Ordinis Vestri, qui Deum timeant,
& ipsius Fidei noverint Rudimenta, instillare, ad dictas partes
destinare curetis, ut his, qui fidem jam cognoscunt, eandem custo-
diant agnitam, & alii ad agnitionem illius inducantur Salutaris-
bus Fratrum Institutionibus, & Monitis eorundem. Datum
Avenione II. Kalend. Junij Anno VII.

Pontifex precipit -
milti Fratres pro
Conversione Infideli-
um Cumanorum.

Exequuntur Praeceptum.

Praeceptum istud Pontificium vite per dictum Provincie-
Ministram fuisse adimpletum, supponendum est: uti colligitur
ex P. Martino Gent-Ivanyi e Soc: Jesu in sua Disert: Paralip:
pag: 167. ubi ait: „Ludovicus I. Rex Cumanos ritu Tartaro-
rum viventes, ad Fidem Catholicam Converti procuravit, &
Conversos Missis Romanae Religionis Ministris in vera
Fide confirmavit.“

bus Coelestibus irrigavit, ad laudem Nominis Divini, ut amplius
pluraretur Religio Christiana, ad fidem Catholicam Converti pro-
curavit; Cui quidem Penti jam in fide Christiana erudite, Fra-
tres de Ordine Minorum, Authoritate eis à Sede Apostolica
Commisa, Curam Animarum, Jura Parochialia, & Sacramenta
Ecclesiastica administrant, & de die in diem in fide confortan-
tur. Hæc laudatus Mag: Joann: de Turocz. Vide in hanc
rem plura in Collectaneis Tertii Ordinis, & Provincia hujus
Sæculi ad Annum 1472. No 45.

¶ Id tamen, quod Citatus P. Martinus Szent-Ivanyi solita
sua in laudandis extra Coetum suum alius parsimonia subticu,
it, clare testatum reliquit Mag: Ioan: Juroczius in suis Chro-
nicis Cap. 46. Scribens: „ Hic p: Ludovicus I. Rex Hungariae
etiam Gentem Cumanorum Vitui Tartarico involutam, apud Se-
dem Apostolicam devotius insistendo, exemplo Beatissimi Re-
gis Stephani, quem ad componendum nova fidei fundamen-
tum in Regno Hungariae Providentia Divina elegit, & qui-
Corda Credentium post Apostolos spiritualiter, quasi imbri-
bus Cele-

XXXIII. Ad hunc Annum 1354. Ministrum-
 hujus Nostra Provincia Hungaria assignat Archivum nostrum
 P. Clementem his pauculis: „Fr. Clemens Minister circa Anno
 1354. floruit.“ Accum idem Archivum alibi insinuet, hoc eo-
 dem Anno Strigoni per Palatinum, seu de Munificentia Palatini
 Regni Nicolai Honth de Hevervara celebratum fuisse, vix
 inani Conjectura: Idem P. Clemens Minister Decimus quintus
 ibidem in Ministrum fuit electus. per Novem Subsequos Annos,
 quibus Provinciam moderatus fuit, sequentia invenio Capitula ce-
 lebrata: hoc eodem Anno 1354. in Sicambria. Anno 1356.
 Quingue-Ecclesijs. Anno 1357. Strigoni. Anno 1358. Ibidem.
 Anno 1359. Kippa. Anno 1360. Strigoni. Anno 1361.
 in Uylak. Conventus etiam sub hocce Ministeriatu acceperat-
 unus, nempe Sabariensis Anno 1360. quem Colornamus II.
 Episcopus Laurinensis ex Hospitali pro hacce Nostra Provincia ere-
 xit. Vide Laurentium Karoly In Speculo Laurinensis Ecclesie.
 Hunc Conventum postea Joannes Senensis restauravit uti &
 Laurinensem antea, Joannes hic Senensis, ~~Joannes hic Senensis~~
 fuit proximè sequens Minister, Capellanus antea Regine Eli-
 sabeth.

Anno 1354.
 Eligitur Minister,
 Celebrat Capitula.
 Exstruitur Conventus
 Sabariensis.

XXXIV. Novennio Patris Clementis evoluta, Joan-
 nem Ministrum hoc Anno 1363. in Capitulo Strigoniensi ele-
 ctum exhibet Archivum nostrum his verbis: „Fr. Joannes Minister
 hoc Anno 1363. floruit, qui fuit Capellanus Regine s: Vidue-
 Caroli Roberti, & Matris Ludovici Regnantis: Elisabeth, hujus
 Ministri tempore, quod Quadriennium fuerat, nullum habitum fu-
 it Capitulum, nec Provincie ullus accessit Conventus, nisi quod Sa-
 bariensem fuit mox dictum est: Reformaverit, restauraveritque.

Anno 1363.
 Eligitur Minister.

XXXV. Patrem Franciscum Ministrum hoc Anno 1367.
 floruisse Idem Archivum memorat: Capitula celebravit Undecim
 sui Ministeriatu Annis, tria: Anno 1368. & 1371. Strigo-
 ni. Tertium in B'ach Anno 1378. Conventus vero edifica-
 ti, & restaurati sunt quinque: Primus horum est Conventus de
^{Ararsa}~~Ararsa~~, alter de Szasz-Varos in Transylvania per Reginam Eli-
 sabet uterque exstructus, uti etiam Tertius Rajvonezensis pro No-
 bis per eandem restauratus. Quartus Conventus Anno
 1373. Ludbreganus per Joannem Poz fundatus. Quin-
 tus eodem Anno in Nasfice restauratus per Gregorium
 de Dohca Dobza.

Anno 1367.
 Iterum novus Mi-
 nister Celebrat Ca-
 pitula. Conventus
 edificantur, alii re-
 staurantur.

Anno 1368.

XXXVI. Ludovicus Rex cum Stephano Boemiae

Principi Socero suo Auxiliare Copias mittit adversus Hæreticos, res novas molientes, hortatu Stephani, & Thomæ Archi-Episcoporum e Familia S. Francisci Sacerdotes veluti certum Subsidium Animarum adjungit, isti firmitudine Animi, & Robore Virium, & peritia Linguarum egregie instructi, non modo pietatem insinuarunt in Castris, sed & magnam partem debellati hostis, hæc erroribus adductam, ad Romana Castra traduxerunt, e Boemia in Rasciam, Bulgariam, Moldaviam Sacro Manipulus progressus, longe plurimos sincera Religione imbuunt. Urbanus V. mirè delectatus hoc lucro Animarum, datis ad Ludovicum Literis, Episcopi pietatem, & Archi-Præsulum Studium Religionis dilatanda magno opere collaudavit. Hæc P. Nicolaus Schmidt e Societ. Jesu de Archi-Episcopis Strigomiensibus pag. 198. Harum Literarum mentio protinus sequetur. Sub hoc tempore etiam idem Ludovicus Hungaria Rex in Bulgariam ultimam Pannonie Subjectam, reluctante Stratimiro eorum Principe Exercitum duxit, ubi Bellum e Sententia gestum est, siquidem Doctomiu, aut Bindim eorum Urbem primò impetu Obsessam, per brevi Obsequio occupavit, Stratimirum cepit, qui se vulgo Imperatorem appellari juserat, deinde vix trium Mensium Spatio Universam Bulgariam in suam potestatem redegit. Ita Bonfin. Decade 2. Lib. 10. Stratimirus in Hungariam ductus, ac dein Remoichium relegatus adhibitis Custodibus fuerat, cum dein in manus Ludovici jurasset se perpetuam fidem, & Obsequium Regi Hungaricæ præstiturum, magnifice donatus redempto Regno dimissus est, qui recepta Bulgaria quoad vixit, pactas Conditiones, imperatæque servavit. Deinde immixtis Verbi Divini Præconibus, præsertim ex nostro S. Francisci Ordine, primum quidem ad vocati fuere jubente Rege ex Boemia, cum hæc Contermina esset, Octo Fratres Minores, qui infra dies quinquaginta ducenta millia hominum Converterunt, quorum omnium Nomina in Tabulas redacta sunt, quæ Ludovicus Rex ad Ministrum Penes ralem misit rogans: ut ex aliis etiam Regnis multos mitteret ad Messem magnam Operarios, Minister Generalis verò tanta lucri faciendarum Animarum Spe illectus, illico ex varijs etiam Italicæ Provincijs plurimos submisit. Brevis ad Annum 1370. ¶ 11. Missos etiam ad hanc Messem Patres ex Ordine Prædicatorum narrat: Nescio tamen, Unde id desumpserit, neque enim id exceperit ex Regesto Pontificio, ex quo Wadlingus ad Annum 1366. ¶ 15. Aliquot Diplomata Circa hanc Conversionem decerpserit, neque ex Authoribus sui Ordinis, qui nihil hujusmodi recensent.

In Subsidiis Animarum vadunt Fratres nostri in Boemia, Rasciam, Bulgariam, & Moldaviam cum Exercitu Ludovici Regis.

Innumeros ad fidem in Boemia Converterunt ac plures operarii ad majorem Messem miserantur.

Ino S. Antonius. 3. parte Tit. 24. & Castilius 2. par. C. 19. Candide hanc missionem a Solis Franciscanis factam referunt. Eo ipso Candore rem narrat Hieronymus Platus, ex quo suam narrationem, & verba Brovius transcripsit Lib. de Bono Religiosi Status L. 2. Cap. 30. ad hunc annum citatum apud Waddingum.

XXXVII. Quae mox de Conversione Schismaticorum, & Haereticorum Palarenorum, nempe & Manicheorum in Bulgaria, & vicinis Regionibus facta fuisse probantur, amplius hoc Anno 1368. Scriptis Pontificijs Literis confirmantur, in quibus Pontifex Fidei Catholicae progressum in dictis Regionibus commendat, & agnoscit, per Fratrum Ordinis nostri in dictis partibus Commo-
rantium praedicationem; multa nempe millia personarum utriusque sexus, relictis damnabili Schismate, aliisque erroribus, quibus fuerunt involuti, ad lumen verae fidei rediisse. Litera per Waddingum sunt excerpta ex Registro Pontificio Ex Secr. Anni G. fol. 130. Epist. 1. Quarum initium est: Replevit ingenti gaudio. Deinde in iisdem Literis hortatur Pontifex Urbanus V. Eundem Regem, ut Fratribus Minoribus ad amplio-
rem Messem in ultiores Infidelium, & Haereticorum Regiones profecturis, Sacerdotes ex Clero Seculari substituantur, uti etiam eatenus Idem Pontifex Episcopis Colocensi, & Csanadiensis scripserat: ut nempe iisdem Seculares Clerici Curam gerant Conversorum per Fratres Ordinis nostri. Ita nostri semper egerunt: Verba sunt Waddingi ad hunc annum Pro 1. In prima belli acie Constituti, devicto hoste, morte contempta, Superatis difficultatibus, Optima spolia Animarum, & fructus pingues bonorum temporalium Episcopis subsequenti-
bus, & Succedentibus Parochis reliquerunt, tantum abest, ut hi incubare velint, quod miro livore ele omnibus Regularibus quidam hac tempestate. Obstrepunt, & Summis Ecclesiae Judici-
bus suggerunt importune. Hucusque Waddingus; non ego.

Confirmatur id ex Literis Pontificijs.

Fratribus nostris Ulro progressis Clerici Seculares substitui jubentur.

XXXVIII. Nostros etiam Provincia hujus Hungariae Patres in hac Bulgarica Missionem partem non postremam habuisse ex eo manifeste deducitur, quod hoc tempore in Eisdem Bulgaria Metropoli Binda Die 12. Febr. passi sint in testimonium Fidei tres exteri, & duo ex hac nostra Hungaria Provincia, Universim quinque, ex quibus tres fuerunt Sacerdotes, & duo Laici: Pr Antonius Saxe Vir in Sacris Concioni-
bus igniti Eloquenti in Divina Contemplatione assiduus. P. Gregorius Traguniensis S. Scriptura profundissimus interpres, Fidei Orthodoxae Ardens zelator

Anno 1369.

lator, & Religiosa humilitatis verus professor. P. Nicolaus
 Hungarus, Vir mirae abstinentiae, qui Annis sexdecim panem
 tantum gustavit, & aquam, idque semel in die post Vesperas,
 obductis Corpori lorica ferrea, & Tibijs, & Brachijs Circulis fer-
 reis. Fr Thomas Fulginas, qui miris Artibus Carnem macera-
 bat, & Fr Ladislaus Hungarus Oratiombus, & Meditationibus
 Divinis assuetus. Hi enim cum alijs quibusdam Comodalibus ab An-
 no 1366. quo Ludovicus Pannoniae Rex Bulgaros subjuga-
 verat, instanter predicabant & contra Sacerdotes Schismaticos,
 ac Calogeros defendebant. Sed proditorie Capta Urbe Bodomo,
 aut rectius Bindim a Bassarath Rege Schismatico, qui citra
 Danubium s: ad cuius ripam Civitas fuerat: commorabatur,
 in ipsa irruptione hi quinque Fratres capti sunt, in quodam
 Oratorio precibus insistentes, reliqui vero Comodales ad Ar-
 ces duas munitissimas a Ludovico Rege exstructas, confuge-
 runt. In ipso primo impetu perit unus, in frustra concidit, re-
 liqui ad Bassarath Tyrannum adducti, & ad disputationem
 provocati a Calogero; illi vincula, & mortis periculum contem-
 nentes: intrepide Fidei Romanae veritatem asseriebant. Confu-
 si prompta Fratrum Responione, solicis que Argumentis Schi-
 smatici, Tyrannum rogaverunt, ut morte plecterentur, ille ve-
 ro praeda, & Stabilienda sub suo Imperio Urbi magis intentus,
 quam erga Fratres invidiae excipienda, nihil decrevit. Stimuli
 Sacerdotes Schismatici arreptos sub Armorum tumultu Fratres
 extra Urbem duxerunt, & ad Danubii ^{ripam} ~~ripam~~ Cervicibus ab-
 scissis, occiderunt. Protinus super projecta Corpora lux magna
 e Coelis descendit, & aer resonabat vocibus Angelorum. His
 auditis Bassarath turbatus est, & ad locum Carnificinae progressus,
 vidit lumina, & concentus audivit Angelicos, sed cum propius ad
 Cadavera voluit accedere, non potuit, recalcitrante Equo, quantum
 vis Calcaribus Stimulato, ex equo delapsus, dum pedes appropin-
 quare conatur, viso horribili Spectro terretur, expavescens eva-
 ginatum gladium per aërem vibrat solum scindens aërem. Calo-
 geri, ut populi reverentiam his Martyribus exhibendam, pra-
 caverent, rabidos Canes, qui in aliorum Corpora volebant levare,
 in ista lacerant, sed frustra; quoties enim mordere tentant, toti-
 es ululantes recedunt, quasi occulta manu percussi, Unus reliquis
 ferocior tandem accepit, & momordit, sed suo malo, neque enim
 Martyris Corpus laceravit, sed magnis Ululatibus terrorem cir-
 cumspicientibus incussit, evomens flammam horribilem, easque
 frequentes, post haec signa extra abeuntem excrescens Danubius,
 quatuor Corpora e terra in se attraxit, divinitus preparatis qua-
 tuor

Quinque Martyres
 in Bindim a Schi-
 smaticis in oculum
 vera fidei occi-
 duntur, quos inter
 duo Hungari.

tuor loculis intra Annem inuexit, alijs signis, & prodigijs. Forum
Corpora Deus glorificavit, & Schismaticos plures perduxit ad veram
fidem illorum Martyrum. Refert Pisanus noster apud Waddingum
ad hunc Annum Re II.

XXXIX. Ad hac usque tempora unica, & sola haec
nostra Hungarica Fratrum Minorum Provincia latissime extensa,
tam in ipsa Hungaria, quam Transylvania, Sclavonia utraque,
ac Syrmia existit. Hoc ^{vero} demum Anno 1376. Cum Bosnenses,
Rascij, & Illyrii tot bellis in suo Regno attriti, solum in Hun-
gariam verterent, ac praecipue intra Dioeceses Quingue-Ecclesien-
sem, Colocensem, Csanadiensemque Colonias suas stabilirent. Pa-
trique huius linguae prorsus ignari essent, affectare ceperunt suos
olim familiares, & Coeterraneos Fratres Minores e Vicaria Bosno-
si: a quibus deinde tractu temporis subleuisti Fratres Cherienses,
hunc ab Anno 1523. Provinciae Salvatorianae Patres denominati,
condescendunt: Vulgus porro e Bosnia profugum, Terrestrium Do-
minorum suorum Patrocinio fultum, obtinuerat pro iisdem Vicaria
Bosnensij Alumnis duos in Hungaria Conventus, unum quidem
apud Waddingum corrupte: Cerneng, melius Cheri: unde postea
patria lingua Cheri Baratok, seu Fratres Cherienses dicti sunt:
Colocensij aut Csanadiensis Dioecesis, a Nobili Viro Nicolao de Para
Comite Palatino Hungaricae construendum. Vide eadem Literas
Pontificias apud Waddingum in Registro ad hunc Annum. Sa-
crae Vestrae. Alterum in Dioecesi Quingue-Ecclesiarum indefini-
te in loco magis apto: uti Bulla tenoris ejusdem indicat apud
eundem Waddingum legenda, a Nobili itidem Viro Joanne de Flor-
naco Dano de Machob extruendum. Hi tamen Fratres Ordinis
nostri e Bosnia adventantes, hoc adhuc tempore Observantes
minime dicti fuerunt, sed ejusdem, & paris per omnia nobiscum
Conditionis, uti sequentis saeculi initio. Et toties hanc Eram
recoquere cogar, loco in rem nostram opportuno prolixè satis enar-
rabo: Interim certum mihi est contra Historicum Provincie ejus-
dem S. Salvatoris Patrem Urbanum Fridrich eosdem Patres
Bosnenses, dum Hungariam hoc Anno ingrederentur, nullate-
nus dictos Observantes fuisse, sed ejusdem omnino: ut Scaphum
Scapham nomen: Nobiscum in Paupertate laxitatis, quod enim
ille aserat P. Ministrum Generalem Gerardum Odonis eandem Vi-
cariam reformasse, ac dispensationes sustulisse, id nullo nititur
fundamento. Et equidem hic Minister Generalis maximus fuit
Dispensationum, & in Paupertate Relaxationum promotor. Legan-
tur Chronica, & Annales Ordinis. Illud tamen admiserò, quod
dicti

Anno 1376.

Ingrederentur Hun-
gariam P. Bosnens-
es, & duos obtinere
Conventus.

Initio non fuisse
Observantes dicti.

dicti Patres Dopsnenses, mox ubi Hungariam ingressi fuerunt, ut se se a nostris distinguerent, ceperint se se reformare. & arctiorem vitam ostentare, donec tandem Circa tempus Concilii Constantiensis Anno 1415. & sequentibus Observantiam Regularem reapse assumpserunt.

Anno 1379.

Capitulum Generale Strigoni.

Sancita in Capitulo Generale.

XI. Celebratum fuit hoc Anno 1379. Totius Ordinis nostri Generale Capitulum Strigoni in Conventu Regio Auxiliatricis B. Marice Virginis ita deprecante Ludovico Rege S. Ludovici Tolosani Consanguineo, & Matre ejus Elisabetha Regina, electus fuerat in Ministrum Generalem Fr Ludovicus Donatus Minister Provincie S. Antonii, Convenerant Fratres ad istud Generale Capitulum ex duodecim tantum Provincijs, reliquis hoc Schismatis diuturni tempore adherentibus. Clementi contra Urbanum VI. aliqui etiam Ministri inter utrumque fluctuantes venire venierunt. In his Comitibus Constitutum est Ceteras inter domesticas Vitium Observantias: ut Religiosi, & docti Viri seligantur, & excitentur ad propagationem fidei in partibus infidelium, eosque ad Subsichianam hanc operam suis Confratribus numero imminutis, prestandam sollicitè exhortentur Ministri. Deinde ut alii probi, pii in regendis Fratribus experti, & Regularis Discipline zelum habentes, deputentur, qui de tollendis abusibus, & moribus reformandis diligenter agant, & Regulas prescribant. Hæc Wadd. ad Annum presentem.

Eligitur Minister celebrantur Capitula.

XII. Archivum nostrum Ministros hujus nostre Provincie ita continuat: „ Fr Nicolaus Minister circa Annum 1378. alii plures scribunt Annum 1379. floruit, & sepultus est Strigoni in Capella S. Lucae. Sub hoc P. Nicolai Pubermio habita fuerunt Capitula Anno 1380. Strigoni, per Generalem Ministrum, & Regem Ludovicum, seu Præsidente ipso Totius Ordinis Generali Ministro in Præsidentia, ac sub Patrocinio Regis Ludovici. Alterum æque fuit Capitulum Strigoni Anno 1383. Celebratum, Conventus interea nullus accessit.

Anno 1382.

XIII. Obijt hoc Anno Idibus Septembrij Visegradi Ludovicus Hungaria Rex, uti Waddingio placet, qui pro se Bonfinium adducit Decade 2. Lib. 10. Ast rectius communiter cum alijs Historicis censeo, cum Tyrnavia Obijse. Princeps Optimus, Bello, & pace Clarissimus, aucto Principatu, domitis hostibus, Fide Catholica in multas Provincias invecta gloriosus. Quantum ejus mors Hungaris, sociisque moeroris adtulit

Adtulit; hinc facile Conjici potest, quod eum Annos tres Uni,
 versa Hungaria pulla veste amicta plangerit, totidem Annis
 luctum Regionatim celebraverit; pueri velut Patre Orbati gemes,
 cundi incedebant, Regni Socii Rusiani, Mysii, Bulgari, & Va,
 lachi, ab eodem olim domiti, in tristitia Speciem barbam despo,
 nuisse feruntur. Tertiam partem Hungariae pertinuisse sub
 hoc Rege ad honorem Dei, seu Ecclesijs, & Monasterijs man,
 cipatam fuisse, passim scribunt Historici. Plurima etiam pro,
 pensionis, & affectus ejusdem in Ordinem & hanc Nostram Hun,
 garie Provinciam Argumenta jam alias retuli: Illud vero su,
 premum insignis ejus Pietatis Specimen narrant Pisanus
 Conformit: 8^{va}. S. Jacobus a Marchia Serm: de Sancto
Francisco. Cherubinus Spoletanus Serm: de Laudibus B.
Virginis, ac alii, quod aliquamdiu ante mortem a curis vaca,
 verit, inter Fratres nostros Divinis in Choro Officijs, & Palmo,
 dia interfuerit, habitumque nostrum sub mortem petierit, in
 eo sepeliri anhelans, tumularique in Monasterio Clarissarum
 Veteris Bude, juxta Demitricem suam Elisabetham Reginam;
 Ast Regni Proceres, & Conjug Elisabetha, Filia Stephani Despen,
 tis Principis Albe ad Basilicam Divi Stephani in Sacello, quod
 Monumenti sui loco exedificarat, tumulari voluerunt.

Tristitia fatali
 clouici Regis.

Ante mortem -
 Fratris nostris
 associatur, sepe
 litur Albe.

XLIII. Sub finem hujus Seculi Ministrum hujus Pro,
 vincia nostre Prem Michaellem de Uylak Archivum nostrum
 ita delineat: „ F. Michael de Uylak Circa Annum 1386. floru,
 it, qui gubernavit Provinciam Annis 26. Cum Summa Laude, &
 obiit Bude tempore Capituli, sepultusque est ibidem. „ Verum Com,
 putanti mihi Annos ad Successorem usque, Viginti tres duraverat
 Anni eveniunt, nimirum ad Annum usque 1409. Plura hic
 Minister celebravit Capitula: nempe Anno 1387. Agrice. Anno
 1391. & 1393. Bude. Anno 1396. iterum Agrice. Anno 1399.
 Bachi. Anno 1408. Bude. Sub hoc P. Michaelle de Uylak
 jam Decimo Nono hujus Provincie Ministro Accesserunt etiam Pro,
 vincie Conventus duo: Primus Heortliensis Anno 1386. & al,
 ter in Falkof, de quibus in 2^{da}, ac 3^{ta} parte Collectaneo,
 rum Sermo recedit.

Anno 1386.

Eligitur Minister,
 Celebrat Capitula,
 & accedunt duo Con,
 ventus.

XLIV. Quod haec Nostra Hungaria Provincia Lxxv. annis
 loca Circa Annum 1378. in Hungaria incoluerit, facile evincitur -
 ex Transumpto L. R^{ae} que Civitatis Soproniensis, quibus hoc An,
 no 1388. datis insertae sunt tres Bullae s: cluae jam suis in locis
 insinuate sunt: tertia vero Gregorii XI. iclysum aperte ostendit.
 Transumptu

Anno 1388.

Transumptum istud Originale habetur in Archivo Provincie, Bulla vero separata videri etiam potest in Regesto apud Waddingum An. no 1378. Transumpti porro tenor hic est:

Nos Petrus Budensis Iudex Suppruniensis, Magister Civium, nec non Universitas Juratorum de Eadem. Memoria Commendantis, tenore Presentium Significamus, sicut expedit Universis, quod Religiosus Vir, ac Deo devotus F. Nicolaus pro tunc Guardianus Fratrum Minorum dictorum in Suppronio, sui, ac Ceterorum Fratrum in Personis Nostram personaliter accedendo presentiam, exhibuit Vobis quasdam Bullas ~~Summorum~~ in ~~Acto~~ Patrum, ac Dominorum infra Scriptorum, videlicet Summorum Pontificum, non Cancellatas, non abrasas, nec in aliqua sui parte vitiatas, proponendo: quod cum ipsi Fratres dictarum Bullarum Copiam in specie, sive Origine habere niterentur, propter diversa discrimina, ac pericula viarum, multimodosque onerosos labores non possint, supplicantes Vobis ob hoc humiliter, & devote, quatenus dictas Bullas, de Verbo ad verbum describi, nostrisque Literis inseri, sigilloque nostro consignare dignaremur. Quarum quidem Bullarum tenor per omnia talis est:

Transumpta littere
Pontificum Sopronii.

Innocentius Papa VI. — Videatur ad Annum 1473.

In 7^{ma} parte Collectaneorum.

Gregorius Papa XI. — Ibidem legatur.

Gregorius XI. Gregorius Episcopus Servus Servorum DEI. Dilectis Filiis Generali & aliis Ministris & Fratribus Ordinis Minorum per Hungariam Constitutis, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Solet Annuere Sedes Apostolica piis votis, & honestis petentium desideriis, & precibus, favorem benevolam impertiri. Exhibita siquidem Vobis nuper pro parte vestra petitio continebat, quod licet vos quinquaginta loca duntaxat vestri Ordinis cum Ecclesiis, seu Oratorijs, Campanalibus, Campanis, Cemeterijs, & alijs necessarijs, qua dudum in Provincia Hungarie secundum morem dicti Ordinis, tam ex piis largitionibus Fidelium, de aliquibus eorum votis factis, quam ex justis alijs titulis acquisitis, obtineatis, & possideatis pacifice, & quiete, tamen quia littere & Instrumenta, Scriptura & alia Monumenta super acquisitionibus locorum ipsorum confecta, quaedam illorum videlicet Combusta, quaedam vero vetustate corrosa, & quaedam etiam sunt amissa, de acquisitionibus huiusmodi docere, vel alias fidem facere non potestis. Quare pro parte vestra Nobis fuit humillime supplicatum: ut ne propterea super locis eisdem pos-

sitis

itis in posterum molestari, providere Vobis super hoc de Benigni-
tate Apostolica dignaremur. Vos igitur sincera devotionis affectum,
quem ad Vos, & Romanam geritis Ecclesiam, honestatem quoque men-
tis, quã in Humilitatis Spiritu gratum Deo exhibetis Obsequium, at-
tendentes, & volentes propterea Vos, ac Ordinem ipsum favore prose-
qui gratia Specialis: hujusmodi Supplicationibus inclinati, acquisi-
tiones & loca prefata, nec non libertates omnes, & immunitates à Ro-
manis Pontificibus Prædecessoribus nostris per Privilegia, vel alias
Indulgentias Vobis, & eidem locis concessas, nec non libertates, & ex-
emptiones secularium Exactionum à Regibus, & Principibus, ac alijs
Christi Fidelibus rationabiliter Vobis indultas, sicut eas justè, ac pa-
cifice possidetis, Vobis & per Vos Authoritate Apostolica Confirma-
mus, & presentis Scripti patrocinio Communitimus. Nulli ergo &c.
Datum Roma ad S. Petrum XIV. Kal. Febr. Pontificatus nostri Anno VIII

Nos igitur considerantes petitionem dicti Fris-
Nicolai Prædiani, ipsorumque Fratrum justam fore, consenta-
neamque Nationi, cupientes etiam providere, ne ob ignorantiam, &
Ambiguitatem Jurium, Immunitatum, ac libertatem ipsorum
Fratrum in præscriptis Bullis, ipsis concessarum, inter Plebanum
Ecclesie S. Michaëlis, & ipsos Fratres imposterum, quod absit,
litis materia Oriatur, prefatas Bullas de Verbo ad Verbum trans-
scribi, nostrisque Literis inseri, Sigilloque nostro Authentico fe-
cimur consignari. Datum ad Vincula Petri Anno Do-
mini MCCCLXXXVIII.

Attestatio
Civitalis.

XLV. P. Martinus Szent-Isanyi eruditus & Soc. Jesu
Scriptor in suis Dissertationibus Paralipomenicis scribens de Ar-
chi-Abbatibus S. Montis Pannonie, Ordinis S. Benedicti post
Stephanum Abbatem, qui obiit non quidem ut ipse autumat
Anno 1339. Sed Anno 1398. Ita dein proseguitur pag. 138.
Dosa, alius Dose dictus Inter-Abbas, & Commendatarius Ecclesie
S. Martini, duravit Annis 8. desiit Anno 1407. Non ad-
notavit interea, cujus Status hic Dosa fuerit. Suppleo ego, ac
fideliter dico: Eundem Dosa cognominatum, nostri Ordinis S.
Francisci hujus nostre Hungarice Provincie profectum Num-
num fuisse, idque ex Wadclingo, qui ad hunc Annum N^o 4.
ita scribit: Invenio hoc Anno Sacellarum fuisse Sigismundi
Regis Hungarie Dosam Stephanum de Marczal, eique da-
tam Administrationem Monasterii S. Martini de S. Monte
Ordinis S. Benedicti, Diocesis Saurinensis. Ne vero istud absque
fundamento adstruere videatur, adducit irrefragabile Testimonium
ex Regesto

Anno 1398.

Fr. Stephanus Dosa
Constitutus Annis
Strator Monasterii S.
Benedicti de S. Mon-
te Pannonie.

ex Regesto Vaticano Bonifacii IX. fol. 278. desumptum,
quod huius est tenoris.

Dilecto Filio Dosa Stephano de Marchal
Ordinis Fratrum Minorum Professore, Monasterii S. Mar-
tini de S. Monte, Romanae Ecclesiae immediate subjecti,
Ordinis S. Benedicti, Taurinensis Diocesis in Spiritualibus,
& Temporalibus Administratori per Sedem Aposto-
licam specialiter deputato.

S. I. Ad Ecclesiarum, & Monasteriorum Omnium.

S. II. Nuper siquidem quondam Stephano Abbate & C.

S. III. Cum itaque postmodum praefatum Mona-
sterium per Obitum ipsius Stephani Abbatis, qui extra Roma-
nam Curiam diem clausit extremum, vacaverit, & vacet ad pre-
sens: Nos volentes dicto Monasterio de Pubernatore secundum
Cor nostrum utili, & idoneo, per quem Monasterium ipsum utiliter
regi, & salubriter gubernari valeat, providere: ac sperantes, quod tu,
qui Capellanus Charissimi in Christo Filii nostri Sigismundi Regis
Hungariae existis, & prout idem Rex etiam tibi significare cura-
vit, eidem Monasterio esse poteris, admodum utilis & etiam mul-
tipliciter fructuosus. Te Administratorem Ejusdem Monasterii sic
vacantis, ac omnium iurium, & pertinentiarum ipsius usque ad Apo-
stolicae Sedis beneplacitum, tam in Spiritualibus, quam temporalibus
de Fratrum nostrorum Consilio Authoritate Apostolica tenore
presentium Constituimus, ac etiam deputamus, Curam, Regimen,
Pubernationem, & Administrationem plenam, & liberam ipsius Mona-
sterii tibi in Spiritualibus & Temporalibus plenarie committentes,
alienatione tamen bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium
tibi penitus interdicta. Non obstante, quod Ordinis Fratrum Mi-
norum professor existis, ac Constitutionibus Apostolicis, nec-
non Statutis, & Constitutionibus Monasterii, & Ordinis predi-
ctorum contrariis, Juramento, Confirmatione Apostolica, vel qua-
cunque firmitate alia roboratis.

S. IV. Volumus autem, quod Cultus Divinus, & solitus
Monachorum, & Ministrorum numerus in eodem Monasterio
servetur, quodque debitis, & consuetis ipsius Monasterii, & ejus
Conventus oneribus supportatis, de residuis fructibus, & proven-
tibus dicti Monasterii huiusmodi beneplacito durante, libere, & li-
cite disponere, & ordinare valeas, sicut veri Abbates ipsius Mo-
nasterii, qui pro tempore fuerunt, de illis disponere, & ordinare po-
tuerunt, seu etiam debuerunt. Quocirca Discretionem Tuam per Aposto-
lica Scripta mandamus: quatenus Curam, Regimen, Pubernationem
& Admini-

& Administrationem predictam hujusmodi beneplacito durante, sic
geras solcite, fideliter, & prudenter, quod Monasterium ipsum utili
Gubernatori se gaudeat commissum, Tuque preter Retributionis eter-
nae premium, Nostram, & elice Sedis Benedictionem, & gratiam ex
inde uberius consequi merearis. Datum Rome apud S. Petrum
X. Kalend. Novemb. Pontificatus nostri: Bonifacii IX. Anno IX.

Fuit deinde hic Stephanus Dosa Anno 1450. Episcopus
Csanadiensis, uti P. Nicolaus Schmidt e Soc: Jesu in suo de Archi-
Episcopis Strigoniensibus Compendio pag. 231. Eruit ex Diploma-
te Sigismundi Imperatoris, & Regis Hungarie, quo confirmat dona-
tionem Possessionis Szent-Peter In Provincia Simighiensi, Coeno-
bio S. Pauli 1^{mi} Eremitae factam ab Illustri Familia de Hamida
Ubi intra solitam clausulam: Datum per manus Venerabilis &c.
Dosa Csanadiensis Episcopus expressus est.

Idem Dosa fit Epi-
scopus Csanadiensis.

XLV. Quidam in Hungaria Locorum Ordinarii & Para-
chiarum Rectores Fratrum nostrorum in Convertendis Infidelibus,
& iis in fide Orthodoxa Conservandis Zelum Contemplantes: invidia per-
citi sue glorie detrahi putabant, quid quid per eosdem insigniter fie-
ret, ac suam minui putabant Authoritatem per Privilegia Apostolica
ipsis concessa: Ut jam ad Annum 1255. simile quidpiam adduxit
Horum temeritatem repressit hoc Anno 1399. Bonifacius IX
Ut ex sequentibus ejusdem Literis iterum ex Regesto Vaticano per
nostrum P. Waeldingum excerptis, ex Libro 5. Anni X. fol. 250.
Bonifacii IX. Abunde constabit. Cum enim Literae haec alio-
quin publicae sint, ac apud Chronologos passim reperiantur, sine
ullo cujuspiam praesidio ad res hujus Provinciae nostrae magis
illustrandas adjiciuntur.

Anno 1399.

Livorem hominibus
rum velundis Pontifex

Dilectis Filiis Ministro Provinciali, & Fratribus Or-
dinis Minorum Provinciae Hungaricae secundum
morem dicti Ordinis Salutem.

Dum Sancta Mater Ecclesia proprium diri-
git ad Filios dilectionis intuitum, in eis: nec mirum: praeci-
pua jucunditate letatur, qui abjectis mundanis illecebris, praeci-
pue devotionis gratia praediti, & ferventioris Spiritus ardore succen-
si, se realiter exhibent sub dominico Regularis Observantiae iugo,
aliosque verbo & exemplo constituunt. Coelestis Beatitudinis a-
matores, in Orthodoxa fidei fulcimentum. Talis profecto est vestra
Sacra Religio, qua virtutum Domino militatis, & pro qua nos
ad ipsius Ecclesiae Regimen Divina dispositione vocati, Pater-
na solici,

Enarrat Merita
Fraternum.

na sollicitudine vigilantes, Religionem eandem saepe gratiarum dulcedine refoverimus, quibus eadem Religio Deo propitio a nos quod protegatur, Salubria incrementa suscipiat, & pacis affluat libertate. Quod siquidem accepto per Felicis Recordationis Joannem Papam **XXII**. Praedecessorem nostrum, quod magna multitudo Cumianorum, Philistaeorum, Tartarorum, Patarenorum, & aliarum Infidelium, & Schismaticarum Nationum, de diversis Regionibus Paganorum ebullientes, ad Regnum Hungariae descenderant, & quaedam Vestras Regiones Provinciae Hungariae, qua secundum Ordinem Vestri morem in Hungariam, & alia plurima Regna descenditur, occupaverant, & tunc etiam morabantur ibidem ipsi Cumani, Philistaei, Tartari, & Patareni, & aliae Nationes Civitates, & Oppida, ac Terras aliquas, & Episcopos proprios non habebant, seque pro eorum libito de Patria ad Patriam dictae Provinciae, cum eorum tentoriis familijs, & pecunijs transferrebant, & dictae Romanae Ecclesiae Magisterio minime intendebant. Idem praedecessor Spiritu S. directus, ad illum minandum mentes eorum, exterminandumque ab eis falsitates hereticas, & Credentium Animos confortandum luce Divini Luminis, & doctam Coelestis Rectitudine Operis, Vestris praedecessoribus Ministros, & Fratres dictae Provinciae, qui tunc erant, inter cetera proponendi ipsis Nationibus Verbum DEI, & Converti ex eis ad Unitatem fidei Cupientes, recipiendi, ac baptizandi, & Ecclesiae Filijs aggregandi, Confessiones etiam Omnium Conversorum, & aggregatorum hujusmodi Audiendi, eosque a peccatis eorum, de quibus Confessi essent, absolvendi in forma Ecclesiae Consueti, & injungendi eisdem pro modo culpa poenitentias salubres, eosque etiam excommunicatos absolvendi, & cum eis dispensandi, & nonnulla alia Sacro-Sancta Ecclesiastica, & gratiarum munera, prout contineri in Apostolicis Privilegijs eorundem aseritis, Conferendi, eidem concessit Auctoritate Apostolica potestatem. Et deinde sicut accepimus: Cum quidam tuus praedecessor, Filius Minister, hujusmodi Auctoritate suffultus, & Privilegijs communitus, nonnullos Fratres Ordinis, & Provinciae praedictorum ad vagas, & tunc efferas quodammodo, & perfidas Nationes hujusmodi, ad predicandum eis Evangelicam veritatem, ac Apostolica, & alia dictae Sedis Salutaria documenta, & alia ad proficiendum in eis per Conversionem honestam, & Exemplaris vite Ministerium, cum favore Inclite memoriae Regis Hungariae, qui tunc erat, destinasset, ipsi quoque Fratres per imbrem Coelestis irrigui Nationes, easdem redevent cultoribus aptas, multaque Messis appareret ibidem, Operarii vero pauci; Cum plerique ipsarum Nationum jam caperent Verbum Dei, & Messis hujusmodi Tractu temporis in fecundam

Segetem pullularent, idem & alii tui predecessores Ministri ejusdem
 Provincie nonnullos alios Fratres hujus Provincie, & Ordinis
 predictorum ad opus tam salutiferum successivis temporibus desti-
 narunt, & sic paulatim proficiendo iidem vestri predecessores, ac
 vos adeo in dictis Nationibus praevia Christi Gratia profecistis, ali-
 is etiam Apostolicis Privilegiis, & Gratijs, ac Regijs favoribus usq[ue]
 quod Nationes ipsae jam per magna ex parte ad fidem Catholicam
 sunt conversae. Verum sicut nuper ad nos lamentabilis querela
 produxit, hostis Antiquus Salvandis invidens Animabus, ac hujus-
 modi Agro Dominico Zigania Seminans, quosdam locorum Ordina-
 rios, & Parochialium Ecclesiarum Rectores contra hujusmodi Ve-
 stra salutaria Opera excitavit, & quibusvis suggerere praetendit, ut
 cum Nationes praedictae intra limites Regni Hungariae, ubi copia
 Praelatorum habetur, habitent, ut praefertur, Vobis Privilegiorum
 hujusmodi indultu non competant transeuntibus, & Commoranti-
 bus cum eisdem, cum tamen alias ipsos ab erroribus retrahere
 non possitis, & ad fidem exhortari privatam, ac etiam Conversos ex eis
 in fide Catholica Conservare, ob quam occasionem iidem Ordinarii,
 atque Rectores vos sicut ut praemittitur, cum dictis Nationibus trans-
 euntibus, & Commorantibus interdum, ausu Sacrilego Capere, detinere,
 Verberibus affici facere, & etiam inhumaniter Verberari, aliasque ve-
 rare, ac in hujusmodi S. Ministerio multipliciter impedire praesu-
 munt. Nonnulli etiam Ordinarii, & Rectores hujusmodi quandoque
 Corpora Defunctorum, qui dum agerent inhumanis, apud vestra
 loca elegerant sepeliri, & ad Ecclesias de quarum Parochijs apumun-
 tur, contra Antiquam Consuetudinem procurant, & faciunt ex radice
 Cupiditatis per Commotiones, & Strepitus de facto deferri, quod si
 aliqua hujusmodi Corpora hominum apud loca praefata propriam
 sepulturam habentium, Judicatorum ad Mortem, vel alias interempto-
 rum fuerint, dicti Ordinarii, & Rectores praefati a vobis de Calici-
 bus, Crucibus, Viaticis, Monstrantijs Reliquiarum, Ampullis, Pa-
 ramentis Altarium, & de Sacerdotalibus Vestimentis Ecclesiasticis,
 ac alijs ad Divinum Cultum Spectantibus, vel pro Ecclesiarum Ve-
 strarum Fabricis tam per alios, quam etiam eligentes Sepulturas
 hujusmodi, vel eorum intuitu donatis, relictis, vel oblatis Ecclesijs,
 aut locis vestris, quae ad decorem, vel causam Ornatus ex more ad
 hujusmodi funeralsia deferuntur, Quartam exigunt, seu Canonicam
 portionem, & alia vobis gravissima impedimenta inferunt, & infer-
 ri procurant, & faciunt contra gravissima privilegia in grave-
 scandalum tam Vestrum, quam etiam populorum, & enorme fidei
 Catholicae detrimentum. Quare pro parte vestra fuit Vobis humi-
 liter supplicatum: ut providere super his de opportunis remedijs,
 ac gratijs

Recenset injurias
 Fratibus inferi-
 blitas.

ac gratis, & favoribus, prout tanta res eget dignaremur. Vos itaque Vices ejus tenentes in terris, qui expansis in Cruce Brachijs quantum in se est, omnes homines amplecti desiderat, & neminem vult perire, Captiones, detentiones, & alias vexationes, ac alia impedimenta prefata penitus inhibentes, ac etiam abhorrentes, ut eo copiosior fructus ex vestris Operibus in Horrea Salvatoris, & eterna ejus Tabernacula inferatur, quo hujusmodi Ministeria vestra Divine Majestati aptiora prospicimus, & apud vos pro condignis gratiarum Rependiis gratius interpellant. Hujusmodi Supplicacionibus inclinati Apostolica Vobis Authoritate Concedimus: quod predictas Nationes in predicto Regno Hungaria quocumque transierint, & ubicumque moram fecerint, licite sequi, & cum eis morari, ac in eos indulta Vobis Apostolica libere, & absque alio, quod impedimento exercere possitis, libere & licite ad Sepulturam hujusmodi deferri facere absque eo, quod prius ad dictas Parochias, vel Ecclesias deferantur, & absque aliqua solutione pretextu Terrarum, quae supradicti. Ceterum vos ad solutionem Quarta, seu Canonice portioris de Calicibus, Crucibus, Monstrantijs Reliquiarum, Viaticis, Ampullis, Paramentis Altarium, Sacerdotalibus Indumentis, Ecclesiasticis, ceterisque ad Divinum cultum pertinentibus, ac pro Fabricis Ecclesiarum Vestrarum tam per alios, quam per eos, vel eorum intuitu, quorum funera deferuntur, tunc ad dictas Vestras Ecclesias, seu loca donata, relicta, vel oblata eisdem Ecclesijs, sive locis, quae Vobis, & eisdem locis vestris legitime acquisita ad decorem, vel causa dicti Ornatus ex more tunc ad funeralia deferuntur eadem: ut praefertur, decernimus non teneri: Constitutionibus, Privilegijs, & Indultis Apostolicis, & alijs Contrarijs non obstantibus quibuscumque. Et insuper omnia, & Singula Privilegia a Sede Apostolica Vobis indulta, & Concessa, Authoritate Apostolica tenore presentium Confirmamus, & presentis Scripti patrocinio Communitimus. Et nihilominus ut praedicta omnia, & Singula debitum sortiantur effectum Venerabiles Fratres vestros Archi-Episcopos, & Episcopos dicti Regni Hungariae, & eorum quemlibet in sollicitum Privilegiorum, & Indultorum vestrorum Conservatores, & Executores tenore presentium deputamus. Datum Roma apud S. Petrum XIV. Kalend. Maji Anno X.

Ex his sane Momentosis Literis Pontificijs patet, quam verum illud Melliflui Doctris sit, dicentis: Bona agere, & mala pati, Apostolicum est. Ita Franciscus Fontana pag. 186. In apuricum etiam prodit, quae, & quanta Patres nostri in hac ipsa Provincia Antecessores in Conversione gentium perferre coacti, dignaeque

dignè que obinde inventi fuerint, qui pro nomine Jesu, quod Co-
 ram Persecutionibus portaverant, Contumelias paterentur; quanta item
 meritorum suorum in Ecclesia Orthodoxa Emolumenta Collatorum
 intuitu Sedis Apostolica Beneficia impetraverint. Sed & illud obser-
 vatione Specialiori dignissimum est: quod jam hoc tempore, ante
 Concilium Tridentinum utique, nedum quadraginta Annis, ut idem
 Concilium requirit: Sed plus quam Jesu saculo ab hujusmodi Luan-
 tis funeralium immunes fuerint Patres nostri. Mirandum sane,
 quod hac etate, ita nonnulli Locorum Ordinarii, & Ecclesiarum
 Parochialium Rectores Fratres nostros insectati fuerint cum hoc
 ipso tempore Joannes de Hamizza Archi-Episcopus Strigoniensis,
 tantus hujus nostre Provinciae fautor vixerit, qui preter complu-
 ra Beneficia, tres Conventus in suis Patrimonialibus bonis: uti
 in 2^{da}, & 3^{ta} parte Collectaneorum ostendetur: nobis extruxit,
 ast hac tantopere notanda non reputo; invidia equidem Inculen-
 tus mentionem Humanarum Carnifer istis pasci lapibus consuevit,
 aliorum nempe Sanctis Operibus: imò legimus sepe, ~~se a diuinitate~~
~~& ultimam non hodieque cernere.~~ Altare etiam isto invidie
 percitum oestro cum Altari Confligere, ^{aliquando solitum fuisse} ~~namque in Majoribus~~
~~qui & preterea.~~ Verum hominum duraxat singularium hac
 vitia sunt, non statio.

Scholia in pramis,
 tam Bullam.

XLVII. Nomina Omnium Coenobiorum Ordinis, ac Pro-
 vincie nostre, que hoc Anno exstiterant ex tribus Codicibus, Co-
 dice nempe: Manuscripto Vaticano, Altero Codice impresso,
 tertio vero Codice iterum Manuscripto Ara-Coelitano exscri-
 psit P. Lucas Wadclingus ad hunc Annum, que tamen No-
 mina adeo Corrupta quadam sunt, ut vix ex triplici Codice
 combinato, ad veram Nomenclaturam devenias, sed divinare pro-
 pterius oporteat, ejus tamen industria in acceptis referre debemus, quod
 hunc Catalogum promere queamus; nullum enim pro isthac
 etate in Archivo Provinciae Reperire Valui. Ita porro habet.

Anno 1400.

Nomina Custodiarum, & Coenobiorum istius etatis.

Provincia Hungaria Sabet Octo Custodias
 Custodia Iaveriensis Sabet.

Codex M. SS. Vaticanus. Codex Impressus. Codex M. SS. Ara-Coelitanus.

Supronium.
 Posonium.
 Leucam.

Suproni.
 Posomi.
 De Lenca.

Supronii.
 Posonii.
 De Lenca.

Custodia

Custodia Zagrabiensis habet.

<i>Agrabiam.</i>	<i>Zagrabia.</i>	<i>Cacabria.</i>
<i>Verencam.</i>	<i>Virovitiza.</i>	<i>Mronitica.</i>
<i>Nerthem.</i>	<i>Besicza.</i>	<i>Vesicze.</i>
- - -	<i>De Porega.</i>	<i>Posega.</i>
- - -	<i>Costanicza.</i>	<i>Purbornich.</i>
<i>Purbornich.</i>	<i>Purbornich.</i>	<i>Purbornich.</i>

Custodia Triminensis, seu Syrmienensis habet.

<i>Brachinum</i>	<i>Bachini.</i>	<i>Bachini.</i>
<i>Uylarth.</i>	<i>Voylach.</i>	<i>Villach.</i>
<i>Ad S. Demetrium.</i>	<i>Ad S. Demetrium.</i>	<i>Ad S. Admetrium.</i>
- - -	<i>De Sadva.</i>	<i>De Sadvci.</i>
<i>Frankam-Villam</i>	<i>Francha Villa.</i>	<i>Francha-Villa.</i>
<i>Ad S. Yreneum.</i>	<i>Ad S. Iren:</i>	<i>Ad S. Ireneum.</i>
<i>Zemlinum.</i>	<i>Zemlini.</i>	<i>Cemlini.</i>
<i>Monasterium.</i>	<i>Monasterii.</i>	<i>Monasterii.</i>
<i>Bannum.</i>	<i>Banni in Metis Pracia.</i>	<i>Boni in Metis Pracia.</i>
<i>Ench.</i>	<i>Endi.</i>	<i>Endi.</i>

Custodia Strigoniensis habet.

<i>Strigonium.</i>	<i>Strigonii.</i>	<i>Strigonii.</i>
<i>Nitriam.</i>	<i>Nitria.</i>	<i>Nitria.</i>
<i>Ticianam.</i>	<i>Ternavia.</i>	<i>Ternavie.</i>
<i>Stircza.</i>	<i>Sezna.</i>	<i>Cecue.</i>
<i>Lypsam.</i>	<i>Lipza.</i>	<i>Lipze.</i>
<i>Trinchinium.</i>	<i>Trinchinii.</i>	<i>Trinchinii.</i>

Custodia Quingue-Ecclesiarum habet.

<i>Varasclinum.</i>	<i>Varasdimi.</i>	<i>Naris dimi.</i>
<i>Quingue-Ecclesien.</i>	<i>Quingue-Ecclesiarum.</i>	<i>Quingue-Ecclesiarum.</i>
<i>Hapruncaz.</i>	<i>Caprunce.</i>	<i>Caprunce.</i>
- - -	<i>Lubrigi.</i>	<i>Lubrigi.</i>
- - -	<i>Falkas.</i>	<i>Falkos.</i>
<i>Sternemas.</i>	<i>Sememie.</i>	<i>Semine.</i>
<i>Cecusdimum</i>	<i>Segesdimi.</i>	<i>Segesdimi.</i>

Custodia Agriensis habet.

<i>Agriam.</i>	<i>De Agria.</i>	<i>De Agria</i>
<i>Ceps Superius, & Inferius.</i>	<i>Ceps Sup: & Inf:</i>	- - -
<i>Zathmar.</i>	<i>Zatmar.</i>	<i>Cathanar.</i>
<i>Potakam.</i>	<i>Potoci.</i>	<i>Potoci.</i>
<i>Varadinum.</i>	<i>Varadimi.</i>	<i>Varadimi.</i>

Custodia Transylvana habet.

Besterceam	De Bistrica.	De Brinstica.
Cememum.	Tementi.	Tementi.
Varadinum.	Voradim.	Voracum.
Clicum Fori in Metis Tartarie.	Istem.	Dicum fori in Metis Tartarie.

Custodia Albensis habet.

In Buda tres.	In Buda 4. loca Fratrum.	In Civitate Buda 4. loca Fratrum.
Albam Regalem.	Alba Regalis.	Albe-Regalis.
Cegdimum.	Sigeth.	Sigget.

Conventus isti aut in 2da parte, aut 3tia horum Colle-
ctaneorum uberius explanabuntur. Certum interea est, præter
vitiata locorum nomenclaturas, plures Conventus hoc tempore
jam exstantes hic omisos fuisse, uti Jaurinensem, qui fuit caput
huius Custodie Primæ. Item Sabariensem, ad eandem Jaurinen-
sem Custodiam spectantem. Kestheliensem etiam, qui pertine-
rat ad Albensem. Item sub Custodia Syrmienſi pro duobus
Monasterijs exhibet Banum, & Monasterium, cum Unus
tantum fuerit dictus Ban-Monostia. In Buda pariter
confuse ponit 4. Loca Fratrum, cum tamen tria duntaxat fue-
rint, nempe: ad S. Joannem Evangelistam in Castro. In In-
sula Leporum secundum. Tertium in Sicambria, seu Vetere-
Buda. Quartum vero Budentem Codex impressus, & M.S.
Ara-Celitanus intelligit Pesthiensem, cum Civitas hæc olim,
quasi Suburbium Budense reputatum fuerit.

Errores aliqui hu-
jus Catalogi de-
leguntur.

XLVIII. Hæc fuere tempora illa, ad que respexisse,
& suspirasse videtur Magnus ille Purpuratus quondam Strigo-
niensis Metropolitæ Petrus Pazmanus, dum Sine Synodi An-
no 1629. Tyrnavie celebrata, Appendicem de Religiosis olim
in Hungaria Dominibus tractantem concluderet. fol. 130. his verbis:
Me quidem certe sola recordatio pulcherrimi Status Patriæ dulcis-
simo reficit; quid enim vel ad aspectum jucundius, vel ad securi-
tatem tutius esse potuit? quam videre tot Castrorum acies Ordina-
tas, pro salute Hungariæ excubantes, quot fuere Religiosorum Coe-
nobis? hi nimirum Oratione, lachrymis, jejuniis, & omnibus vitæ
Religiosæ Exercitationibus Dei favorem impetrabant, iram averte-
bant, murum se pro Domino Dei opponebant, ita in pulchritudine-
pacis, in requie opulenta, in protectione Dei Coeli Commorabatur
Sens nostra. Nunc prohi dolor! dissipatis lapidibus Sanctuarii,
pulsis Religiosorum Virorum exanimibus, migravit una Dei
favor

Epiphonema Pe-
tri Pazmani.

favor, ac indignatio Omnipotentis innumeris Cladibus tanto jam
 Seculi tractu Patriam hanc meruit, & adhuc manus ejus extenta.
 Rogemus omnes, que ad pacem sunt Patrie, ac ut juxta dies pri-
 stinos fiat vobis: Dei prepotentis Clementiam exoremus. Eadem-
 mens fuit Purpurato huic Hungarie Primati de Religiosis, que
 olim Constantis, & Constanti Imperatoribus, qui C. 23. causa 23.
 §. 8. ex L. 16. inquirunt: Tandere & Floriani ex fide semper vo-
 lunus, Sciens magis Religioibus, quam Officijs, ac labore-
 Corporis, vel sudore nostram Rempublicam contineri. Eadem Sen-
 tentia fuit Justiniano Augusto, qui in Novella 133. ita prefa-
 tur: Singularis vita: Monachorum: hujusque contempla-
 tio res est Sacra, & ex hoc evehens Animas ad Deum & non so-
 lum vivans eos, qui ad hanc accedunt, sed etiam alijs omnibus
 pro ejus puritate, & supplicatione ad Deum prebens inspectam-
 utilitatem. Sed & Carolus Magnus: Plus vero me Credo
 Deum posse per Sanctorum suorum merita adjuvari, quam per
 omnem militiam secularem. Nec minus Rudolphus I. Im-
 perator: Toties Regie Celsitudinis Sceptum altius, & ipsius
 Status a Domino, a quo datur Omnis potestas, felicius qu-
 bernatur, quoties loca Divino Cultui debita, benigna Conside-
 ratione reguntur, & ad ipsorum libertates servandas, & faculta-
 tes Augendas, gratiosa protectio Principum invenitur. Bel-
 sed: In Documentis Monast: Rediv: pag. 732. ~~Aberant~~
~~fortasse hoc tempore, nec Principum latius stipulatur Clero &~~
~~Monacho Mastiges ^{Novatorum, aliquos} Libertatem, irrisoresque Sacrorum irrisores.~~

Finis
 & Seculi Secundi.

Antiquarii

ANTIQUARIUM

Provincia S^a Mariae in Hungaria
Ordinis Minorum S.P.N. Francisci
Strictioris Observantiae.

COLLECTANEORUM

Partis Primae Continuatio
In Tertium Ordinis, & Provinciae hujus Sectum.
Ab Anno Aerae Christianae 1400. ad 1500.

I. Saeculum hocce Tertium Ordinis, & Anno 1409.

Provincia hujus Hungariae dum ingredior: tantis illud rerum no-
strarum conversionibus, ac perturbationibus implexum contueor,
ut eodem hocce Saeculo: imo sequenti, ac fere Tertio etiam: quid
quid Provincia isthaec emolumentum in Fidem Orthodoxam: quid
quid decoris Universo Franciscano Sodalitio Saeculis praeteritis
duobus contulerat, id totum sive Alumnorum suorum a prima
vo fervore, & Sancti Fundatoris Spiritu deflexione, sive aemulorum
astu, & invidia, sive periculis infulsis Fratribus juxta Apostolum:
videretur abolitum, ac penitus adobrutum, comminutumque, ad
eadejundem redacta fuit incitas, ut sicuti ingenti cum accremen-
to Conventuum repente condurrexerat olim, ita demum de exter-
minio proximam, & fere dissipandam, merito formidare potuerit:
eo potissimum deinde tempore, quo Christiani, & denique Catho-
lici hominis hostes prevalentes numero fortunis, ac Successibus
Patriam hanc inundaverunt. Interea Deus Opt: Maximus,
qui teste Hypponensi Praesule: melius judicavit de malis bene-
facere, quam mala nulla permittere; illuminavit Vultum suum
super nos, & miseratus fuit Patrum nostrorum, in eum fere mo-
dum, quo Sponsam suam Ecclesiam persecutionibus involvi:
ad typum Naviculae Petri, in qua obdormiscere, ac quasi ad tem-
pus suos derelinquere videri voluit: Provinciam hanc, ejusque
in Hungaria,

Prodrum infelicitum
Temporum.

in Hungaria Sumilem ^{Septimam} Lavientam tantis sinebat fluctibus, Tem-
pestatibus que Concuti, ut humana Ope de ea jam Conclamatum-
esset; Restituit tamen eam Incessive pristinae rursus ^{Malacie} Malacie, ut
jam hocce, quo Vivimus Seculo, illud de Provincia nostra: Soli
Deo Honor & gloria: adimpletum sit:; Magna erit gloria Demum
istius novissime plus quam prime, dicit Dominus Exercituum, &
in loco isto dabo pacem, dicit Dominus Exercituum, Aggaei 2. V. 10.
Cum tamen tot florentes olim in Hungaria Religiones in hodie-
rum usque diem vix sui vestigium Reliquerint, misericordia
sane Comini, quod non sumus Consumpti. Hac prefari oportuit,
ut dum benivolus Lector instantes hujus Provinciae tribulationes
legerit, secutura consolationis fiducia, justum mitigare possit dolo-
rem. Illud enim mihi propositum, & fixum est, ut non ea tantum,
que ad Majorem Floriam Conferunt, hisce Collectaneis meis expri-
mam, sed ea etiam, que nonnihil eandem obumbrant, ac ut veritati
sincera studiosus quoque demum ad Provinciae veterem statum, no-
titiamque pertinent, minime pretermittam. Odi sane, ac detestor
Historicos, qui plus affectui privato in Religionem suam, quam ve-
ritati ipsi, que sincere exarata, anima est Historia, indulgent: quasi
novum quicquam esset, a mundano pulvere Religiosa etiam quando,
que corda sordescere. S. Leo Papa Sermone 4. de Quadragesima
Quasi Authores hi suarum non nisi laudum, ac prerogativarum
Buccinatores ultra Divum Augustinum sapere vellent, aut
posset, qui ad Clerum, & populum Hypponensem ita scribit:;
Epist. 137. Non arrogare audeo, ut domus mea melior sit,
quam Arca Noë, ubi tamen inter Octo Homines, unus Reprobus
inventus est, aut melior sit, quam Domus Abraha, cui dictum
est: ejice Ancillam, & Filium ejus. Aut melior sit, quam Coelum
ipsum, Unde Angeli excederunt, sed ut ad Argumentum Operis
Revertar.

II. Hoc inunte Seculo Anno 1409. electus fuit in Mi-
nistrum hujus Provinciae P. Joannes de Leales, seu Stylo hujus
seculi de Solos jam Vigessimus hujus Provinciae Minister.
Unicum sub hoc Ministro Capitulum celebratum, in Sepe facto
Ministrorum, & Capitulorum Catalogo, seu s: uti compellare con-
suevi: Archive nostro inveni Anno 1410. in Conventu ^{Szatna} Szatna
riensi; Conventus tamen duos Provinciae nostre accessisse idem
Archivum perhibet: nempe hoc Anno 1409. Leutsoviensem,
ac dein Anno 1414. His-Martoniensem Antiquum
in Urbe Regia, de quo Conventu mox Numero Quarto ex pro-
posito plura.

Eligitur Minister,
celebrat Capitulum
duo accessit Conventus.

III. Emanavit

Anno 1450.

III. Emanavit hoc Anno Transumptum Bullae Ale,
xandri Papa IV. inserta Literis Reverendissimi Thomae II.
Archi-Episcopi Strigomiensis, quas pro rerum gestarum, Con-
stitutionis que hujus nostra Provincia veteris notitia adjungenda
reputo, quod Transumptum ex Archivo Provincia deprosumptum,
ita sonat.

In Nomine Domini Amen.

Anno a Nativitate Ejusdem Millesimo, Qua-
dringentesimo Decimo. Indictione 3. Die vero 5^{ta} Mensis
Junij, Hora nona, vel quasi, in Curia Domus Habitationis Pro-
vidi Viri Sternanni dicti, Leinwather, Civis Posoniensis, Dioce-
sis Strigomiensis, in mei Notarii publici infra scripti, & testiu-
rum, presentia subscriptorum, ad hoc vocatorum, specialiter & rogato-
rum, personaliter Constitutus Venerabilis Religiosus, Deoque
devotus Vir Fr Uclabricus Ordinis Fratrum Minorum, seu
S. Francisci, Prædicatorum Claustrii B. Marie Virginis in Posonio,
proprie cum manibus mihi Notario publico infra scriptam quon-
dam Literam, Reverendissimi in X^{to} Patris & Domini Dni Thomae
Dei, & Apostolica Sedis Prælati Archi-Episcopi Strigomiensis & C.
Bullam videlicet R^{mi} in X^{to} Patris & Domini Dni Ale,
xandri Divina Providentia Papa IV. Omni prorsus Suspicionis
labe carentem, in se continentem exhibuit, & solemniter eam, qua
licuit forma juris & modi. Condecentia, ipsis etiam cernentibus te-
stibus subscriptis, ad manus presentavit, petens me nihilominus
eam, qua potuit Instantia, & requirens: quatenus sibi hanc ipsam
memoratam Literam, Bullam Apostolicam s: ut præmittitur: /
continentem, pro insinuatione, & promulgatione Privilegiorum,
Indultarumque Prærogativarum prædicti Fratrum Minorum Ordinis,
de Verbo ad Verbum sine diminutione, & adclitamento aliquo
manu mea sub publica in hoc præsens Instrumentum, seu Tran-
sumptum Conficerem, & in publicam formam redigerem cum effe-
ctu. Ego igitur petitionem hujusmodi Requisitionem, dignam &
Rationi condonam fore considerans præfatam Literam, Bullam,
ut supra, inde continentem instrumentaliter transumpsi, & meis
Authenticis, quibus decuit, fidelius roboravi, Cujus quidem Li-
tera Tenor, procul omni diminutione, & adclitamento quocumque,
in hæc Verba sequitur, & est talis:

Transmittitur Litera
Thomae Archi-Episcopi
Strigomiensis & Alexandri IV.

Thomas

Thomas Dei, & Apostolicae Sedis Prælia Ar-
chi-Episcopus Strigoniensis, Locique ejusdem Comes
Perpetuus.

Dilectis vobis in Christo Universis Præposito,
Ejusque Vicario, Vice-Archi-Diaconis, Plebanis, &
quarumlibet Ecclesiarum Rectoribus ubique in vobis
Dioecesi Constitutis, & existentibus, quibus presentes osten-
dantur, Benedictionem Paternam cum Salute.

Thomas Archi-Epi-
scopus exposulat-
quorundam injuriosarum
Fratribus Machina-
tiones, quibus obviare
volens Bullam Ale-
xandri IV. publicat.

Querelam Virorum Religiosorum Fratrum-
Minorum Posoniensium de Claustro B. Virginis accepimus
continentem, quod vos zelo invidia eos plurimum molestaretis,
vosmet ipsos exaltando, & illos humiliando, auferentes ab eis: de-
nunciando per vestros Parochiales libertates, & potestates, quas
ex Privilegiis Papalibus olim adepti sunt, dicentes: quod ipsi non
valerent audire Confessiones, nec sepelire &c. Quæ a Sede Apo-
stica ipsis sunt concessa, jure Privilegiali, & in tantum terrendo ipsis
Confitentibus, quod qui ipsis Fratribus Confiteretur in extremis,
eis alia Sacramenta denegarentur: Nos autem ipsorum Fratrum
Authentica, & Privilegia agnoscentes, & sæpe discutientes: inhi-
bemus, & amoremus tales insultus, & objectiones ab illis Fratri-
bus, ne deinceps quisquam hoc attentare contra eos presumat,
in virtute Obedientie Sanctæ, & Anathematis vinculo alligandi.
Ideo Anno Incarnationis Domini Millesimo Tercentesimo Se-
ptuagesimo primo scriptum, seu Tenorem Privilegiorum eorum,
sub nostro Sigillo duxi publicandum, & denunciandum, qui
sic incipit, & prosequitur.

Alexander Episcopus Servus Servorum DEI
Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archi-Episco-
pis, & Episcopis, ad quos Literæ istæ pervenerint, Sa-
lutem & Apostolicam Benedictionem.

Non sine multa Cordis amaritudine, animi
que perturbatione Audivimus, quod nonnulli Magistri, &
Doctores, & alii acuentes ut gladium linguæ suæ, ut venenum
aspidum gerentes sub labiis suis ad infamiam, gravamen & di-
spendium innocentium, illud in Sugillationem, & lesionem Dilecto-
rum Filiorum Fratrum Prædicatorum, & Minorum nequiter vo-
muerunt, & licet ipsos distinctè non nominaverunt, hæc vocabu-
lis proprijs expreperunt, est tamen quibusdam Verborum involucrij
& Cæteris, ac tantis Circumlocutionibus innuerunt, ita quod Cui-
libet

libet eorum dictis manifeste, tanquam si expressim eos nominad-
 sent, innotuit, quod de ipsis Fratribus loquebantur. Effuderunt in-
 quam virus, & Contra eos in Scholis, Prædicationibus, & aliis q̄se,
 vere presumpserunt, quod in Statu, & in via Salvandorum non
 erant, nec meritoria, nec Salutifera eorum mendicitas, & paupertas,
 cum deberent Valetudine Corporali, & aliis justis. impedimentis Ceo-
 santibus propriis manibus Operari Sub spe alieni Subsidiū non
 torpendo, non pro sustentatione, vel necessarijs extranea mendicando
 Suffragia, seu ab alijs amacula expectando, quodque de licentia, vel
 Commensione Romani Pontificis, seu Diocesanorum Episcoporum -
 Prædicationis exercere officium, & Confessiones Audire liberè non va-
 lebant, tanquam per hoc Sacerdotibus parochialibus præjudicium
 inferretur, ad alia nihilominus prava, & iniquam detractionem eo-
 rum, & suorum Ordinum destructionem Ora maliloqua relaxando.
 Cum igitur idem Ordines fuerint eludum à Sede Apostolica, sig-
 ut Sacri, Clari, & Conspicui approbati, ex quibus jam nonnulli
 Patres ad Supernam profecti Patriam in Sanctorum numero sunt
 adscripti & velut eminentia candelabra, & duo magna luminaria
 in Ecclesia Dei luceant, ac ab ipsorum Fratribus & Cultoribus
 Sacra doctrina lumen diffundatur ubique per Orbem, Christi -
 Evangelium ardentè, & efficaciter prædicetur, ac recta & sana Con-
 silia, & exempla salutaria præbeantur. Cum etiam dicti Fratres
 Sacra Scriptura, & Verbi Dei studio, & Annimarum profectibus,
 nec non divinis Officijs, & Orationibus instanter, & incessanter
 intendant, nequaquam marcentes otio, sed opere se optimo, & pro-
 tissimo exercentes, cum Sapientia opus existat maximum, nec
 sint plures, qui operantur exterius, quam qui Studium Cognoscen-
 de Divinitatis exercent. Unde Dominus ministrante, & operante -
 Martha, Marie audientiam, & attentionem, & Studium iuxta Ver-
 bum ipsius præcipue commendavit, ex quo liquide patet: Fratres
 ipsos ad operandum suis manibus non teneri; quin imò si his in-
 termis laborarent manibus, potiora utique, & utiliora in minora
 minusque utilia opera non sine Annimarum dispendio commuta-
 vent. Propter quæ constat meritoriam existere mendicitatem eorum,
 & ipsos tam ab his, quibus prædicant, quam ab alijs Eleemosynas
 petere, ac recipere, illosque ipsas posse eidem Fratribus salubri-
 ter largiri; cum insuper idem Fratres omnia propter Deum re-
 liquerint, exilia vite subsidia mendicantes, ipsūque imitentur
 pauperem perfectionem Evangelicam amplectendo. Propter quæ
 evidenter apparet: eos non solum in Statu Salvandorum existere,
 sed etiam perfectorum, & per suæ Religionis observantiam, quæ
 quidem ipsius perfectionis Evangelicæ tenet formam, æternæ

retributionis

Enarrat Pontifex
 Amulorum in Sectatio
 ned.

Retributionis proemio præcellentem gloriam promereri, cum etiam
 de licentia, vel Commiffione, aut Concefione Romani Pontificis, seu
 Legatorum ejus, vel Ordinariorum Locorum licite poffint prædicare
 populis, & Confefiones Audire, ac poenitentias injungere Salutares,
 aliorum inferiorum Prælatorum, & Rectorum Ecclefiarum, ac Sacendo-
 tum Parochialium afpenu minime requifito, Volumus, & per Apo-
 ftolica Vobis Scripta diftrictè præcipiendo mandamus, quatenus
 Singuli Veftrum in Civitatibus, & Diocefibus fuis ad requifitionem
 dictorum Ordinum, earundem Civitatum, & Diocefiarum per fe, vel
 per alios inquirentes de plano, & fine ftrepitu iudicij Super afertio-
 ne, & præfumptione hujus modi diligentius veritatem, omnes Ma-
 giftros, Doctores, & alios five in Scholis, five in Prædicationibus, seu
 alibi præmiffa, vel aliqua ipforum dicere attentarunt, vel in poste-
 rum attentabunt: ex parte Nofta monere ftudeant, ut infra Termi-
 num ab ipsis præfigendum eidem, dictum fuum in his publice-
 revocent, male fe dixiffe fatentes, illaque detestentur poenitentes, &
 Retractent, afperendo Conftanter Contrarium, & illud etiam fideliter
 prædicando, quod fi forte ippedi monitis eorundem in hac parte accipere
 non curaverint, extunc Contra eos ad Suspensionis, Excommu-
 nicationis, & perpetua privationis Beneficiorum fuorum Ecclefiæ
 fticorum Sententias, fublato cuilibet appellacionis impedimento,
 procedant; Laicos de hoc culpabiles, vel fautores hujusmodi præ-
 fumptorum Animadverfione debita præcellentes, Secularis brachiū
 ad hoc, fi neceffe fuerit, auxilio invocato. Nos nihilominus Autho-
 ritate Præfentium diftrictius inhibemus, ne quifquam præmiffa
 vel aliqua præmifforum pertinaciter adftuere, vel quomodolibet
 defendere præfumat. Quicumque vero id præfumpferit, tanquam
 Contumax, & Ecclefiæ Romanae Rebelis ab omnibus fidelibus
 habeatur: Contra quem etiam taliter procedemus, que poena condi-
 gna ipfum pro fua temeritate feriat, & alii ejus exemplo perter-
 riti, a præfumptione fimili frenabuntur. Ne autem aliquis ex
 ignorantia velamen excufacionis afumat, Vobis Univerfis, & Sin-
 gulis diftrictè præcipimus, ut ad requifitionem Fratrum eorun-
 dem Ordinum in Civitatibus, & Diocefibus Veftris momentarium,
 præfentes Literas, & earundem tenorem in Ecclefijs, & Synodis
 Veftris publicè, & faciatis Solemniter publicari, non obftantibus
 aliquibus Literis, vel Indulgentijs alicui, vel aliquibus Perfonis
 ab Apoftolica Sede conceffis, que interdici, fufpendi, vel excommu-
 nicari, aut extra fuas Civitates, & Dioceces, seu loca in Causam
 trahi non poffint, per Literas Apoftolicas, que de Indulto hujus
 modi plenam, & expreffam non fecerint mentionem, seu quibus-
 cunque alijs Indulgentijs, & Literis Sedis ipsius, per quas effectus
 Præfen-

Lingua maligna
 cohibet Pontifex
 Censuris.

Presentium impediri valeat, vel differri, & Constitutione de Quibus Dietis edita in Concilio Generali Literis Venerabilibus Fratribus nostris: Turonensi, & Rothomagensi Archi-Episcopis, Episcopo Parisiensi super hoc directis, a Vobis nihilominus in suo robore duraturis; Vos autem memoratos Fratres omni benevolentia, & gratia prosequentes, eos tanquam approbatos, & acceptos - Christi Ministros habeatis, pro Divina & Nostra Reverentia precensius Commendantes, ipsos ab inimicis, & molestijs opportunis presidijs defendentes, ita quod ex hoc Vobis, & Ecclesijs vestris fortius obligentur. Datum Laterani III. Kalend. Aprilis Pontificatus Nostri Anno III.

Datum ut supra: Acta autem, & facta sunt hac Anno, Indictione Pie, Mense, Hora & locis, quibus supra; presentibus Circumspectis, & Providis Viris Domino Lamperto Magistro Hospitalis novi S. Ladislai in Perurbio Posoniensi huius Presbytero Petro dicto Mikler Curie Posoniensis, & Nicolao Plems Clerico de Posonio predicto Strigon: Dioc: & alijs quam plurimis Testibus fide dignis, ad premissa omnia vocalis, pariter & rogatis.

Et ego Michael quondam Detri de Polkevitz Clericus Pragensis Diocesis, publicus Sacra Imperiali Authoritate Notarius, quia premissarum Literarum: videlicet Superioris memoratarum exhibitioni, ad manus meas presentationi, ac earum transcribende, seu publicande petitioni, omnibusque alijs, & singulis premissis, & cuilibet premissorum, dum sic ut premittitur fierent, & agerentur, una cum prenominalis Testibus presens interfui, ea, que sic fieri, vidi, & audivi. Ideo hoc presens publicum Instrumentum, me alijs legitimis Causis, & arduis negotijs occupato, per alium fidelem Scribam fideliter Conscribi, & confici procuravi, & in hanc publicam formam redegi ex premissis, manuque mea propria hic me subscribendo: signo, & nomine meis solitis, & consuetis signari rogatus, & requisitus in fidem, & Testimonium omnium, & singulorum premissorum.

Transumptum fide Authenticam roborat.

IV. In Urbe Regia His-Martoniensi modernum -
 Conventum Superiore Seculo, e Veteribus Antiqui nostri itidem Conventus excitatum fuisse, in 2^a parte Collectaneorum recensebo. Ast de Veteri illo nulla prorsus documenta erudere, imo ambigere potui, An olim hoc in loco noster Conventus exstiterit? pertinaciusque in negativam Sententiam propendere volui. Castriferiensis enim, aut Ferrei-Castri, qui adnotatus reperitur in quibusdam Antiquis Archivi Nostri Connotationibus non hic His-Martoniensis est: tametsi Civitas isthac Germanica

Anno 1414.

Nomenclatur

Veteris in Urbe Regia
Kus-Martoniensi
Conventus memoria.

Nomenclatura Eysen-Stadt: simile quidpiam nonnullis innue-
re visa fuerit. Kus-Martonium enim semper in publicis scri-
pturis compellabatur, nec unquam Eysen-Stadt: vernaculo ex-
cepto sermone: reperitur. Hinc Castriferriensis, seu Ferrei-Castri
Conventus olim Provinciae nostrae alter fuerat, in eo nimirum lo-
co, a quo Comitatus Castri-Ferrei agnomen desumit, ac Hun-
garis Vass-Var dicitur. Dubitaveram porro, imò negare malui,
unquam Kus-Martoni nostrum existisse Conventum, donec tan-
tis in tenebris facem mihi prae tulit Waddingus noster, qui ad
hunc Annum A. 21. Ita corrupte scribit: „Indulgentias etiam
largitus est Joannes XXIII. Visitantibus Ecclesias Conventus-
Kus-Martonalis, Sustach, Lauriens: Dioec: Dilectos Filios IV. kal.
Martij.„ Per Sustach uti Coniicere fas est: exprimi debuerat po-
pularis huius Urbis nomenclatura Eysen-Stadt. Nec mirum, nec
rarum est apud externos linguae peregrina ignaros, in transumendis
locorum agnominibus, adeo pervertere voces, ut per saepe via Conje-
ctura adsequare; cum ^{verò} unicum hoc de Veteri Kus-Martoniensi No-
stro Conventu exstet documentum: lubet illud per extensum addu-
cere, eo vel maxime, quod in eodem Brevis Apostolico laus hanc
Vulgaris ejusdem olim Incolis attribuitur, sitque ex ipso Decree,
nico Concilio Constantiensi expeditum. Uti videre est apud Waddin-
gum in Regesto Ex Lib: t. de div: formis Anni 5^{ti}. Et de Ex-
hibitis Anno 3. & 5. fol: 77. Breve istud est:

Universis & Singulis Christi Fidelibus
Praesentes Literas inspecturis Salutem.

Dilectos Filios Guardianum & Fratres Domus
Minorum in Castro Kus-Martonalis Sustach Laurien: Dioec:
Constitutos, qui in decore S. Religionis Virtutum Domino mili-
tantes, ad Divinae Majestatis Obsequia trahunt alios per exem-
plum, infra pietatis Apostolicae Ubera amplectentes, dignum-
quin potius debitum arbitramur, ut Ecclesias, Domos, & loca ad lau-
dem & honorem Religionis, & Ordinis praedictorum ubilibet dedi-
cata, gratiosis Remissionum prosequamur impendius, & Indul-
gentiarum muneribus honoremus. Cupientes igitur, ut Ecclesia
Domus Fratrum Minorum in eodem Castro fundata a Christi
fidelibus congruis honoribus frequentetur, & etiam conservetur,
& ut fideles Christi eo libentius Causa devotionis confluant ad
eamdem, & ad Conservationem ipsius manus promptius porrigant
adjutrices, quo ex hoc ibidem dono Coelestis gratiae uberius Con-
spexerint se resectos de Omnipotentis Dei Misericordia, & Beato-
rum

Breve e Concilio -
Constantiensi datum
Concernens Ecclesiam
ejusdem Veteris
Conventus.

rum Petri & Pauli Apostolorum ejus Authoritate Confisi om-
 nibus vere poenitentibus, & Confessis, qui in Nativitatis, Circum-
 cisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, & Corporis-
 Domini nostri Jesu Christi, Pentecostes, Nec non Nativitatis
 Annunciationis, Purificationis, Assumptionis B. Mariæ Vir-
 ginis Florissæ, & Nativitatis Joannis Baptiste, ac Beatorum
 Petri & Pauli Apostolorum, & ipsius Ecclesiæ Dedicacionis festi-
 vitatibus, & Celebritatis omnium Sanctorum, nec non per ipsarum
 Nativitatum, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, & Corporis
 Domini, ac Nativitatis, & Assumptionis B. Mariæ, & Nativitatis
 Joannis Baptiste, & Apostolorum prædictorum, Festivitatum-
 Octavarum, & per sex dies Festivitatem Pentecostes immediate sequen-
 tes: eandem Ecclesiam devote visitaverint Annualim, & ad ejus-
 Conservationem Adjutrices manus porrexerint, singulis videlicet
 Festivitatibus, & Celebritatis Quingue Annos, & totidem Quadragesimæ
 Octavarum verò, & sex dierum prædictorum, diebus, quibus Ecclē-
 siam ipsam visitaverint, & ad hujusmodi Conservationem adjutri-
 ces manus porrexerint, ut præfertur, Centum dies de injunctis
 eis poenitentijs, misericorditer relaxamus. &c: Datum Constā-
 tiæ IV. Kalend. Martij Anno V.

V. Seriem Ministrorum hujus Nostra Provincia Verbis ipsius Anno 1415.
 Archivi nostri ita Continuo: „Fr Bartholomeus de Veröcze Mini-
 ster floruit Anno 1415. Quando Fratres Bigotti, vulgo Cheri-
 enses Orti sunt tempore Concilii Constantiensis. „ Electus nempe
 fuerat hic Bartholomeus Vigessimus primus Minister in Capitu-
 lulo Segusdiensi, rexitque Provinciam Annis Undecim, quibus
 tamen cum Capitulum uspiam celebrasse non invenio, accepit uni-
 versus Ramisensij Conventus Anno 1418. per Joannem Ar-
 chi-Episcopum Strigoniensem constructus.

Minister eligitur.
 Conventus Ramisen-
 sis edificatur.

VI. Quid hæc vox Cherienses indicet? jam aspectus fui
 ad Annum 1376. a primo enim intra fines Hungariæ Con-
 ventus in loco Cheri dicto, Patres e Popsnia acciti, hodiernorum
 Patrum Salvatorianorum Majores Cherienses denominati fuerunt,
 Nos memoratum verò Archivum nostrum consignat Bigottos seu
 Cherienses, hoc Anno 1415. tempore Concilii Constantiensis Or-
 tos fuisse, non quidem eo quod antea nondum adfuisent; Ostende-
 ram enim ad elictum Annum 1376. eodem Patres ad Instantiam
 populi, & vulgi e Popsnia in Hungaria profugi accitos, duos in
 finibus Hungariæ obtinuisse Conventus: in Cheri, & alium in
 Diocesi Quingue-Ecclesiensi, loco indefinito. Dicuntur porro hoc
 Anno

Unde dicti
 Cherienses?

Annō Orti, quia Observantium Familia hoc Annō in eodem Concilio Constantiensi jam ut suo modo distincta, approbata fuit, cum Subjectione tamen ad Ministrum Generalem, & ad Ordinem ipsum, quem hoc tempore Conventualium nuncupavit Pontifex ad distinctionem Observantium, qui nempe dispensationes Pontificias seponentes, Regulam S. Francisci ad Literam Observare voluerunt, obtinueruntque Privilegium, ut ii suos Provinciarum Vicarios Soli Generali Ordinis Ministro Subjectos habere queant.

VII. Ceterum hos Patres Provincia Bosniensis Alumnos sensim in Hungaria etiam propagatos, qui nempe mox ut Congregatio Observantium in eodem Concilio approbata fuit, eandem amplectati fuerunt Observantiam. Bigottos dictos fuisse, ut Crederem vix adluci potui, cum Italis, & Pallis Bigotto idem: uti informor: est: quod Synocrite, & pietatis Speciem tantum praeserentes. Arbitrabar sub initium, privato dumtaxat livore scribentis, sic compellatos fuisse: Ast ulteriori habita indagine, eos passim sic compellatos fuisse invenio; praeter Dissertationes enim R. P. Martini Gent-Francyi Diss: 2. pag. 51. Etiam Bulla Unionis Leonis X. Ite vos data Annō 1517. IV. Kalend. Junii id ipsum innuit, dum ita loquitur: „Ceterum, ut dispensationum, Scandalorum, & partialitatum fomes penitus ab ipso Ordine tollatur, praecipimus firmiter, & mandamus, ne aliquis Fr. Ordinis S. Francisci ~~appellat~~ alium Fratrem ejusdem Ordinis, malitiose irrisorie, seu improbrose privilegium, Coleturum, Bullistam, Amadecistam, Clarenum, de Evangelio, seu de Caputio, Bigottum, seu alio quovis nomine compellare ausit &c.

VIII. Quot, quantaque Reformationes intra Ordinem nostrum statim a primordio instituta per Seraphicum Patrem nostrum Religionis intervenerint, non est instituti mei hic enarrare, quae alioguin in Chronologis nostris, ac S. Regulae Expositivibus satis prolixè videri possunt. Talis fuerat prima Reformatio per Fratrem Casarium de Spira ad Annum 1238. Altera fuit per Clarenos, seu F. Angelum de Spira Circa Annum 1294. Cujus sequaces separarunt se ab Ordine, ac dicti sunt Eremitae Dni Coelestini Papae. Tertia tandem per Patres Observantiae Regularis dictos, in Concilio Constantiensi approbatos. Ut proinde hujus Observantiae Originem succinctè quantum rem nostram attinet, recenseam, quamque deinde post tot eventus, & discrimina verum haec etiam Provincia Hungariae nostra Annō 1517: uti suo loco fusiùs: ample, xq. fuit.

Idem etiam Bigotti compellati fuerunt.

xa fuit. Exordium porro Jumpsit hac eadem Observantia Regula,
 ris a F. Paulo de Trincis Layco, seu Converso Fratre Anno 1368.
 qui a Ministro Generali Thoma de Frigniano obtinuit in Italia
 Quatuor Eremitoria cum Authoritate vivendi in iisdem, cum quat-
 vor, aut quinque Socijs secundum Regula puritatem. Foverunt
 hos Fratres plures tam Pontifices, quam Ordinis Ministri Gene-
 rales, eis plura, ac plura assignando Eremitoria. Vivis erepto hu-
 jus pululantis Observantie Primicerio Frē Paulo, successit Fr Jo-
 annes de Stroncomio, sub quo in Tuscia plura loca eidem Obser-
 vantia sunt adnumerata; Ast ultra Terminos Italiae ante Annum
 1388. progressa non fuit. Hoc vero mox dicto Anno, hac ipsa Ob-
 servantia se extendere Coepit etiam in Gallias & Hispaniae Provin-
 cias, ut in nonnullis Eremitorijs pauculi Fratres, subjecti nihilom-
 nis Ministris, in summa austeritate viverent. Oborto deinde in
 Ecclesia Schismate, hac ipsa Reformatio substitit tantisper: in Con-
 cilio deinde Constantiensi elevato in Petri Cathedram Martino V.
 plurimi dicti Fratres in Eremitorijs viventes, tadio persecutionu
 affecti, quas sustinere cogebantur a Fratribus in Conventibus,
 dudum jam in Paupertate relaxatis, & dispensati~~onibus~~ Com-
 morantibus, ad S. Concilium Constantiense acceperunt, in quo
 ab alijs de Communitate, seu in Conventibus s: ut supra: rela-
 xatis, sequestrati fuerunt, & de Observantia nuncupati, provi-
 sumque illis est de Vicarijs Provincialibus, qui sub Ministro-
 Generali eodem gubernarent, & hac provisio ad plures demum Pro-
 vincias per Martinum V. protensa fuit, perduravitque etiam
 sub Eugenio IV. a quo Fr Joannes de Capistrano Commissa-
 rius Super Fratres Observantes Constitutus est. Successit deinde
 Fr Bernardinus de Senis, & Joannes de Mauberto pro Ultra-
 Montanis Anno 1443. Obedientia tamen semper ad Ministros
 his temporibus reservata mansit: ut nempe Unitas Capitis Or-
 dinis Divisionem precaveret; ex hoc tempore virtute Bullae
 Eugemianae hac super re edita s: vide hanc apud Waddingum
 ad hunc Annum: Ceperunt Vicarii Generales eligi a suis Fami-
 liis usque ad tempora Leonis X. quo Reformatio Universa-
 lis facta est sub nomine Observantiae ita, ut Vicarii Provincia-
 les in Cis-Montana Familia a Constantiensi Concilio Anno
 1415. inceperint. De alijs Reformationibus Coletanorum, Ama-
 deorum, de S. Evangelio, sive de Capucis, aut Discalceatorum
 non habeo dicere, cum hac Cis-Montanam Familiam non-
 attineant.

Orijs Regularis
 Observantiae dictae.

Eundem Continua-
 tio & approbatio.

IX. Nomen Conventualis vario in sensu usurpa-
 ri solet: ac primo quidem pro iis, qui Ecclesias Collegiales, ac
 Conventua,

Conventuales habent, sive qui Collegiorum, ac Congregationum
 Privilegiis gaudent, & in hoc sensu omnes omnino tam Patres
 Observantes, quam moderni Patres Conventuales dicti, uti etiam
 Capucini Conventuales dicuntur, & ab hac nomenclatura exci-
 duntur ii solum Eremitae, & Anachoretae, qui in locis solitarijs
 vitam transigunt. Innocentius enim IV. Ecclesias Ordinis
 nostri Anno 1252. Uti ad hunc Annum immueram: Conven-
 tuales hoc in sensu declaravit. Accipitur Secundo nomen Con-
ventualis pro nomine distinctivo proprio, sive appropriato, uti
 actu post tempora Concilii Constantiensis Fratres dispensati, seu
 Regulam cum dispensationibus Pontificiis servantes vulgo in
 Hungaria Fratres Minoritae, Conventuales dicuntur. Ad tamen-
 pore S. Francisci usque ad hoc ipsum Concilium Constantien-
 se, nullus Frater in Ordine Conventualis fuit compellatus in hoc
 ce sensu: uti Bullas Pontificias in Regestis, & Statuta Ordinis
 scrutanti manifestum est. Unde posteaquam etiam Fr Paulus
 de Trincis Reformationem inceperat, ante Concilium Constan-
 tiense Fratres alii de Communitate nuncupabantur, uti etiam
 tempore Clementis V. in Clementina: Exivi de Paradiso. Ubi
 referuntur querimoniae ad S. Sedem relate a Reformatis con-
 tra Relaxationem Ordinis; excusantur nihilominus his verbis:
 „Tamen Communitas Fratrum non dicit FF. Conventuales; &
 specialiter Rectores ipsius Ordinis aserebant quod praedicta, sen-
 satura ex ipsis in Ordine non fiebant &c.; Ubi nomine Commun-
itatis Fratrum, intelliguntur Fratres, communiter viventes, ut
 a Reformatis illius temporis distinguebantur. Simili nomine
 vocantur in Decreto Concilii Constantiensis, ubi Ordinatur: quod
 Fratres Observantiae per mundum euntes, declinent, si volue-
 rint, ad loca, & Conventus Communitatis Ordinis. Hoc tamen
 nomen Conventualis, ut distinguebat Fratres sub Ministris
 viventes, ab Observantibus de Familia, ac sub Vicarijs Consti-
 tutis, est illis appropriatum, ac primo inditum a tempore Con-
 cilii Constantiensis, potissimum ab Eugenio IV. & demum a
 sequentibus Pontificibus usurpatum: ut patet legenti Bullas
 Eugemianas, Pianas, & Paulinas &c. Cur vero tunc temporis
 illis nomen istud distinctivum Conventualis, appropriatum
 sit? Nulla alia ratio reddi potest, nisi quod jam Observantia
 seu de Familia in magnam Ordinis partem se extendisset, ita
 ut adequatum Ordinis alterum membrum faceret, & respe-
 ctu totius videretur Communitatem aquare. Fuit namque
 tantum subito Observantiae Regularis accrementum, ut tem-
 pore Julii II. quo celebratum est Sextum Capitulum Gene-
 ralisimum

Sensus & varia ac-
 ceptio vocabuli Con-
ventualis explanatur

valissimum, Quadraginta quinque Provincie, ac mille ducenti -
 quingenta Conventus, in quibus triginta millia, & Octingen-
 ti Fratres morabantur; fuit igitur necessarium, ut relicto nomine
 Communitatis, alio nomine ab Observantibus, seu de Familia Di-
 ctis, discernerentur. Vocati igitur sunt a Pontificibus Conventuales,
 sed, appropriato nomine, aliud Communi omnibus, ad significandum
 alterum Ordinis membrum, quod sub Ministris militabat & dispen-
 sationibus in paupertate adherere voluit. Tales etiam fuere decem
 Jores, & Patres nostri in hacce Hungaria Provincia nostra, qui sicut
 ut jam saepe dictum, & saepius repetetur, Anno deinde 1517.
 Observantiam amplexi fuere. Hi nihilominus etiam post tempora
 Eugenii IV. vix unquam se Conventuales inscripsere: uti ad
 oculum evinco ex Sigillis, Catalogis Ministrorum, Capitulorum,
 ac etiam Statutis, tum hoc eodem Saeculo, tum etiam sub initium
 sequentis ante assumptam Observantiam editis, ac etiam in
 in Archivo Provinciae aservatis, in quibus ubique Provincia, aut
 Minister Provinciae Hungariae sine ullo prorsus addito inscribi-
 tur. Unicum superest Instrumentum Concordiae inter hanc no-
 stram, & Fratrum Observantium in Hungaria, paucos ante Annos
 adhaec Provinciam, Anno 1497. editum, in quo Minister
 Provinciae nostrae adscitatum istud nomen Conventualium sibi
 praefigit: uti ad hunc Annum palam fiet. Quare Patres Nostri,
 ea tantum occasione potissimum nomen Conventualium usurpa-
 verunt; qua causa inter eos, ac aliam Provinciam Observantia vertebat.

Conventuales etiam
 nonnunquam dicti
 fuere Patres nostri
 in hac Provincia.

X. Esto interea Patres nostri in hacce Hungaria Provincia
 nostra: ut praemissum est: post tempora Concilii Constantien-
 sis in Pontificis Literis, ac aliis etiam, tametsi per raro P.P.
Conventuales nuncupati fuerint ad Annum usque 1517,
 quo demum Observantiam assumpserunt, eos tamen a moder-
 nis Conventualibus quibuscunque prorsus distinctos fuisse, cer-
 to certius esse, ita evinco: praeterquam enim, quod iisdem moder-
 ni P.P. Conventuales, in Concilio Tridentino cum ceteris Reli-
 giosis ad possidendum in Communi bona temporalia habitati-
 sint. Ast tam Antecessores nostri, quam ^{ubi ubi} terrarum Constitu-
 ti Conventuales ante tempora Leonis X. seu Annum 1517.
 Commune totius Ordinis Caput Ministrum Generalem habuerunt:
 inde hac nostra Provincia Hungariae dum in Capitulo Gene-
 ralissimo Romae Anno mox dicto: Sigillum Ordinis, & Offici-
 um Ministri Generalis a Patribus relaxatis, seu dispensatis,
 Regularem Observantiam assumere venientibus, aut si mavis
 a P.P. Conventualibus post tempora Concilii Constantiensis
 ita

ita nuncupatis, Authoritate Pontificia ad Familiam Observan-
tium transferretur, etiam haec ipsa Provincia nostra se Observan-
tibus aggregavit, uti ad eundem Annum liquido constabit, a tem-
pore vero Leonis Xⁱⁱ ^{PP. Conventuales} jam distinctum, non Ministrum secun-
dum Regulam, sed Magistrum Generalem obtinent, sua distincta
Capitula ab hoc tempore celebrant, Professionem etiam altera-
tam eliciunt; non enim profitentur juxta Regulam nostram,
que uti & PP. Capucinorum hujus tenoris est: „Ego Fr. N. vo-
vo, & promitto DEO Omnipotenti, & Beatissime Mariae Virgi-
ni, & Beato Francisco, & Omnibus Sanctis, & Tibi Pater, toto
tempore vite mee Servare Regulam Fratrum Minorum, per
Dominum Papam Honorium confirmatam, Vivendo in obe-
dientia, sine proprio, & in castitate.” Ast hodiernorum Patrum
Conventualium Professionis haec formula est: „Ego Fr. N. vo-
vo, & promitto - - - per Dominum Honorium Papam
confirmatam, & a pluribus Pontificibus declaratum juxta Pri-
vilegia Ordini Minorum Conventualium ab Apostolica Sede Con-
cepsa, & Constitutiones Urbanas, Vivendo &c: Insuper vestis
Patrum olim nostrorum: ne me ad alias in Orbe Provincias ex-
tendam: fuit constantiter grisei coloris, ejusdem cum moderno,
uti Statuta varia hujus Provinciae nostrae indicant, ac alia quidem
Anno 1454: alia vero Anno 1508. edita, ac signate Capi-
tulo 8. ubi vestitus de Panno vili grisei coloris praescriptus fue-
rat, prohibitaque Calceamenta his verbis: „Solulares & Soleas,
seu Sandalia ^{scophulis}, possunt tamen habere, quando vadunt
extra Conventum, maxime tempore frigiditatis Calceos de licentia
Prelatorum.” Profecto si Patrum nostrorum tempore: nempe ab
Anno 1454. ad 1517. quos inter Animos Conventuales non
nunquam dicebantur: Fratres ita comparuissent, uti apud Pa-
tres Conventuales hodiernos S. Franciscus, S. Antonius, S. Do-
naventura, & alii depinguntur, vapulassent sane; ita enim me-
morata hujus Provinciae Statuta ante assumptam, ut praemis-
sum est, observantiam, ac dum adhuc Conventuales subim di-
cebantur, usu recepta, Cavebant. „Si semel vel bis correcti, se
non emendaverint, divinis disciplinis subjaceant: & si contuma-
ces perseveraverint, probationis Caputio puniantur, usque ad
dispensationem Ministri, ut transeant alijs in exemplum.”
Quare ut ex antiquis picturis, ac ^{statuis} ~~statuis~~ in nostris adhuc ve-
tustioribus Ecclesijs prostantibus, Conjicere possum: Cappa qui-
dem Patrum nostrorum ejusdem formae, ac figurae cum hodierna
fuerat, debuitque Cappa Caputio asputa gestari, seu id quod Ca-
put tegit, nempe Cappa ipsi mozeta, ast habitus moderno
longe

Patres nostri in hac
Provincia non fuerunt
similes, imo prorsus
in instituto & profes-
sione diversi a moder-
nis Patribus Conventuali-
bus.

longe Amplior, latior, & in plures Pugas Condensatus fuit, ut
ex Vetustis S. Patris nostri Statutis apparet tam Sopronii in Eccle-
sia nostra, quam Posonii in Turricula e Regione Ecclesie nostra do-
mii vicina juncta, ubi olim Fratres nostros primitus incoluisse
in 2. par: Collectaneorum Consignabitur. Quae Conjectura apud
emunctioris Naris Criticos non postremi Sunt momenti.

XI. Pertinet etiam ad pleniorum Veteris Status Provinciae no-
stra Notitiam, Patrum Cheriensium, nunc ab Anno 1523. Salva-
torianorum Originem distinctius inquirere, qui nempe multum
negotii facepsere isto Saeculo Patribus nostris. Hi porro Patres
Cherienses ortum duxerunt e Provincia Bosnia, in qua jam
Anno 1260. Custodia Ordinis nostri Constituta fuerat, uti ad
hunc Annum ex Waddingo liquet: Si Patres Custodie Bosnen-
sis per Haereticos Patrenos, Manicheosque tempore Ludovici
Hungariae Regis extirpati primitus fuerint ita ut P. Gerardus Odo-
nid. Minister Generalis hanc nostram Provinciam Hungariae-
pro paterna sua Sollicitudine cum ceteris personaliter visitans,
ac Regnum Bosniae pertransiens, apud Regni hujus Danum
Stephanum suis precibus effecerit, ut Custodia haec acquisita
& adhaec pluribus Fratrum Coenobijs instauraretur. Vide Hi-
storiae hujus Provinciae Salvatorianae pag. 1. Hi Patres Cu-
stodie Bosnensis subingressi fuerint Hungariam Anno 1376.
ac primum obtinere locum in loco Cheri Diocesis Canadi-
ensis, Unde Cherienses dicti fuerint. Occasio vero eorundem in
Hungariam immigrationis fuerat, quod s. ut jam insinuatum est:
populus, vulgusque e Bosnia profugum his Annis in Hun-
gariam ad tutelam Regis Ludovici se receperit, quod cum Pa-
rochos Hungariae sui imperitos idiomatis non intelligeret, suos
Conterraneos Patres hujus Bosnensis Custodie Alumnos postu-
laverit. Convigere hi Patres in eodem Regno Hungariae pacifice
nobis satis longo tempore, utpote ejusdem prorsus instituti no-
byscum; Neque enim Observantia ante Annum circiter 1406.
hanc partem penetraverat: primus enim Annum, quo Bosnenses
Regularis Observantiae Professores dicti deprehenduntur, est me-
moratus Annum 1406. Ita eos nominat Gregorius XII. in
Litteris Ad hoc Circa &c: quas Originarias Provinciae Salva-
toriana tenet. Qualibuscumque demum tenuibus imitjs & funda-
mentis jactis, crevit amplius inter hos Bosnenses Observanti-
um disciplina. Postquam vero Concilium Constantiense pro
Observantibus Sententiam adprobativam dixisset Anno 1415.
paucis interjectis Annis etiam Observantium Norma & leges
inter

Ortus progressus
Provinciae Bosnen-
sis, & ab hac separa-
ta Salvatoriana de-
scribitur.

inter hos Fratres Bospnenses tam in Bospnia, quam in Hungaria locis aliquorum constitutos ejusdem Custodie Fratres apertius emittuerunt. Uti sentit Waddingus Tom. 10. pag. 6. ad Annum 1418. Quamquam a primo in Hungariam ingressu suo, ut se a nostris distinguerent: nescio, quos extraordinarios pietioris vite, Observantiaequae Enthusiasmos presertulerint. Inchoatam porro Observantiam Regularem instauravit, persequiturque inter eodem S. Jacobus de Marchia Anno 1432. ad eodem missus teste eodem Waddingo, Creatus autem Vicarius Anno 1435. Quare turpiter hallucinatur P. Urbanus Friedrich in sua de hac Salvatoriana Provincia Conscripta Historia, dum incunabula Suae Provinciae eò Augustiora reddere volens, ipsam Regularem Observantiam provocat ad Annum 1539. ad tempora nempe Ministri Generalis Terardi Oclonis, quasi hic pro suo munere Bospniam pertransiens Observantes eò adduxisset. Cum tamen eo tempore nulla horum adhuc fama intra Ordinem existeret, ac ipse F. Terardus Oclonis nedum Reformatior, sed & haud postremus post Eliam Relaxator exstiterit. Uti Chronologos Ordinis nostri volventi palam est. Quovaliter deinde haec Provincia Bospnensis plures etiam successive Conventus in Hungaria obtinens, receptis etiam ad Ordinem quam plurimis Patrie Filijs, ampliata, & dein in Hungaricam subdivisa, ac a Bospnensi Matre sua sejuncta fuerit, suis respective Annis consignabo.

Anno 1419.

XII. Quos iterum hoc Anno ex nostris ad Episcopatus Hungariae erectos fuisse, scribit Waddingus, comprobaturque ex Regesto Vaticano. Primus horum fuerat Dulpnensis s. forte Dulcinensis: in Hungaria sub Archi-Episcopo Colocensi Fr Blasius de Novariena, post obitum Georgii decessoris Episcopi. Apostolatus Officium XVII. Kalend. Octobris. Alter Randon Albensis Episcopus sub eodem Archi-Episcopo Colocensi Fr Georgius de Beze post obitum Michaelis. Divina disponente II. Kalend. Junii. Bullas ipsas institutorias videre est apud citatum Waddingum ad hunc Annum. P. Martinus Bent-Jovani in suis Disertationibus fol. 97. adnotavit Fratrem Georgium de Vena, ast major fides Regesto Vaticano habenda.

Duo e Fratribus nostris assumuntur ad Episcopatus.

Anno 1425.

XIII. Ex Bulla Martini V. Sacrae Religionis. Data VI. Idus Maji Pontificatus sui Anno VIII. id est: 1425. Apparet qualiter hac etate nonnulli Rectores, seu Plebani Ecclesiarum molesti huic nostra Provincia fuerint, dum quidam Fideles suam in nostris Ecclesijs eligerent sepulchuram.

turam, ut huic incommodo dictus Pontifex remedium adhibe-
 ret, in dictis Literis ad Ministrum Provinciale, & Universos
 Fratres Provincie hujus nostre Hungarie in Scriptis sub indigna-
 tione Omnipotentis DEI, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum
 ejus serio demandat, ut dicti Fideles, qui s: uti premissum est:)
 in Ecclesijs nostris suam elegerint Sepulturam, non prius ad Ec-
 clesiam Parochialem, sub cujus Parochia debebant, sed immedia-
 te ad Ecclesias nostras deferantur, ac ibidem in locis ad hoc con-
 gruentibus, & convenientibus tumultentur. Exstat hujus Bullae
 Authenticum exemplar in Archivo Provincie nostre, transum-
 ptum olim Anno 1434. Indictione XII. per Martinum Prae-
 positum Ecclesie B. Georgii Martyris de Viridi Campo, Archi-
 diaconum Cathedralis, & Canonicum Ecclesie Strigoniensis ac
 de speciali Commissione Relisimi in X^{to} Patris, & Domini Dni
 Georgii Lepeas, Archi-Episcopi dictae Ecclesie Strigoniensis,
 locique ejusdem Comitum Perpetui Primatis, & Apostolicae Sedis
 legati nati, Officium Vicariatus tenentem, & Generalem Consario
 Auditorem, ad Instantiam Religiosorum Virorum Jacobi Cu-
 stodis, & Blasii de Nittra Pardiarii, ceterorumque Fratrum Clau-
 stri B. Mariae Virginis de Civitate Strigoniensi Ordinis Mino-
 rum Provincie Hungarie, presente Notario publico Blasio,
 ac Dominis Nicolao Nitriensi, Alberto Barsiensi, & Franci-
 sco Saps-Variensi Canonicis, aliisque quam plurimis Testibus
 fide dignis, ad praemissa vocatis specialiter, & rogatis. In Porticu
 Ecclesie Strigoniensis die 10. Mensis Martii, hora Tertiarum,
 vel quasi, sub Sigillo Cni Nicolai Decretorum Doctoris, Cantor-
 ris, Canonici, & Vicarii praefatae Ecclesie Strigoniensis in per-
 gameno patenti exhibitum.

Prohibet Pontifex
 ne in nostris Eccle-
 siis tumultuandorum
 Corpora prius ad
 Parochiales Eccle-
 sias deferantur.

XIV. In Capitulo Strigoniensi hoc Anno celebrato, ele-
 ctus fuit in Ministrum Provincie hujus F. Petrus de Sabaria
 Vigésimus Secundus Minister s: uti memorie prodidit Archi-
 eum nostrum:) in Octava S. Apostolorum Petri & Pauli, qui
 Anno 1437. postea feliciter obdormivit in Dno. Duo celebravit
 Capitula: primum Anno 1436. Ravisa, quod monumenta
 nostra his verbis complectuntur:) Capitulum in Ravisa cele-
 bratur Anno 1436. per Petrum Ministrum, hic F. Fabianus
 de Igal s: postea Minister Provincialis:) Primitias celebravit.) Alte-
 rum Capitulum celebravit Buda Anno 1437. quo etiam -
 mortuus fuit, aut potius iuxta Wadclingum Anno 1438.
 Vacavit deinde Officium Ministerialius ad Annum usque
 1440. quo Successor institutus fuit.

Anno 1426.
 Minister eligitur
 qui duo Capitula
 celebravit.

XV. Ut Status Regularis Observantiae, quam deinde haec etiam Provincia nostra sicuti sequetur: Anno 1547. amplexa fuit uberius innotescat; illud minime praetermittendum censo: quod posteaquam ipsa in Concilio Constantiensi adprobata, majora in dies per Orbem totum incrementa caperet, Summus Pontifex Martinus V. Integritatem, & perfectionem eorundem Fratrum in omnimoda Paupertate, aliisque Consectaneis Virtutibus intreretur, & altercationem inter Conventuales ex Una, & Observantes, seu de Familia ex altera parte sedare cuperet, eo vel maxime quia Conventuales in dies laxius vivere cognoscebat, totum Ordinem reformare voluit, ita ut per Universum Orbem Primigenia illa Franciscana Paupertas restitueretur, ad cuius negotii executionem a multis Fratribus tam Conventualibus, quam de Familia, seu Observantibus animatus fuit, & praecipue a B. F. Joanne de Capistrano. Inapropter Summus Pontifex Reformationem, & Coadunationem huiusmodi Reverendissimis Cardinalibus in Consistorio proposuit, qui omnes Una voce eam laudantes omnino fieri debere dixerunt. Igitur Summus Pontifex de Assensu omnium Cardinalium, & Ministrorum praecipit Reverendissimo Domino Tit. S. Petri ad Vincula Presbytero Cardinali, ut tempore debito Assisium cum plenaria potestate se transferret, Reformationem praefatam ad effectum producturus, qui Generale Capitulum Fratrum omnium per Ministrum Generalem convocari fecit pro futuro Festo Pentecostes in Conventu Assisienti celebrandum. Primum igitur Capitulum Generalissimum totius Ordinis celebratum est Anno 1430. Cui presidebat Reversissimus Dominus Cardinalis praedictus, Sedis Apostolicae Legatus, & Patres etiam Familiae, seu Observantium Vocem habuerunt Activam, & passivam, Ubi Frater Antonius de Massa tunc Ordinis Generalis Minister ab Officio depositus fuit, eo quod tempore suo Ordo ad nimiam laxitatem devenisset. Fuit porro Omnium Consensu electus in Ministrum Generalem Frater Guilielmus de Casali. Postea ut Ordo ad Montem Martini V. Pontificis reformaretur, de Praecepto Reverendissimi Cardinalis Constitutiones, quae Martiniane nuncupantur s. de Consensu Ministrorum: a B. F. Joanne Capistrano Compositae secundum puritatem Regulae coram toto Coetu in elevato Suggestu per ipsam Fratrem Joannem lectae & promulgatae fuerunt. Videri possunt haec Constitutiones in Chronologia Ordinis ad hunc Annum, quae omnibus tam Conventualibus, quam de Familia ac modum placuerunt, omnesque eas se observaturos juramento obstrinxerunt; ac praecipuum ipse electus Generalis

Papa Martinus V.
conatur Coadunare
Conventuales cum
Observantibus, ast
irritus fuit conatus.

ralis Minister F. Prilielmus de Casali. Ita hucusque Chronologia Legalis Historico Ordinis ad hunc Annum. Post uti scribit Waddingus agne ad hunc Annum: Non prius dissoluta Comitia, quam maturius expensis Constitutionibus, Coeperit poenitere Fratres Relaxatos Conventuales, atque ideo in suas partes alios Convocabant, qui demum interpellarunt Legatum, ut a praestito Sacramento vellet absolutos, ne illaquearent Animas propositi nimis tenaces, qui iudjurandum illud relaxavit: pro firmiori tamen Decretorum, seu Statutorum executione, ipsum Condilorem Joanne Capistranensem Socium adjungit Generali Ministro, cujus impulsu, & Consilio secundum hos Canones Ordo Universus reformaretur. Expleto autem Capitulo, Generalis Minister ad Cui Pape praesentiam se contulit, & a praedicto juramento, iterum ab ipsa sua Sanctitate Absolutionem obtinuit, praefatasque Constitutiones in multis modificavit, de qua modificatione procuravit Bullam. Per vigil more Pastoris &c: Datam. VI. Kal: Aug. Interim Generalis Minister, cum suo Collaterali Joanne Capistrano coeperunt multa corrigere, discursus inutiles, & Vagations imminuere, propretatem eradicare, pretiosa alienare, superflua redicare, curiosas Vestes, & Caputia abscindere, aliaque huiusmodi restituenda Religionis innuma praestare; At cito deservivit in Ministro zelus & fervor: perfunctorie agebat, quae simulare non poterat, modo Conventualibus, modo Observantibus obsecundans, palam praefers Reformationis Conatum, clam praetermittens necessaria, diligebat quidem strictioris vitae relatores, sed laxiores contristare volebat, Unde novi Schismatis Origo, perseverantibus veteris discordiae Seminarijs.

XVI. Commoverunt haec Observantes, quod ex Decretis Martinianis aliqua irritari, alia mitigari viderent, seque a praestiti juramenti nexu solvi Prilielmus procuraverit. Quare se suo desiderio fraudatos cernentes, mortuo hoc Anno Martiano V. ab eius Successore Eugenio IV. Anno 1433. impetraverunt, ut Fratres Familiae, seu Observantes in unum convenirent & Generale Capitulum celebrarent, cuiusque Vicarium quaelibet Provincia sibi eligeret, quod Capitulum celebratum fuit in loco S. Pauli apud Bononiam, & hoc fuit primum Generale Capitulum per Familiam Observantiae celebratum, quae deinceps Capitula sua continuaverat separatim a Conventualibus ac Ministro Generali absente, donec hi Anno 1557. tam officium Generalis Ministri, quam sigillum Ordinis amiserunt. Ita Chronologia Ordinis. Ab isto porro Anno 1430. quo Fratres

Primum Generale Capitulum celebrant Observantes ac se a Conventualibus sequestrare incipiunt.

Fratres Observantes ita suo desiderio frustrati, & a Conventualibus /: uti premisum est: / delusi fuere, Coeperunt sensim se ab eisdem P.P. Conventualibus suae Relaxationis nimium tenacibus sequestrare.

XVII. Non contentus revocatione, & Absolutionis postulatione a praestito juramento Observandi Constitutiones Martinianas, a S. Joanne Capistrano Concimatas P. Wilhelmus Cassali Minister Generalis, quin imo tametsi speciem promovendae Observantiae praeferebat, nihilominus intus, & sub cute relaxationes, & dispensationes in paupertate forti brachio sustentabat. Quare absolutus jam a juramento observandarum Constitutionum Martinianarum, praeter supra memoratum, aliud etiam impetravit Diploma, an extorsit? ab eodem Martino V. quo Pontifex indulget ut Fratres bona mobilia recipere, & possidere possint Nomine Sedis Apostolicae per Procuratores Conventuum; uti etiam legata quaecumque ultimis Tabulis inscripta admittere, fructus, redditus, proventus per eosdem Procuratores petere & exigere. Bullam Ad Statum Ordinis. Videre est apud Waddingum ad hunc Annum. Simile Privilegium, esto subreptitium, impetravere quidam Relaxationum Patrum a Clemente IV. Anno olim 1265. Obtentum Divini Jurminis. Datum Perusii II. Idus Februar. Vi cujus una cum Fratribus Praedicatoribus Capaces declarati fuere Fratres nostri Successionum in temporalibus bonis, in quibus succederent, in saeculo existentes, habilitatiq; fuerunt ad apprehendendas bonorum ipsorum possessiones, ad vendendum liberè ipsa bona, eorumque pretium in utilitatem suam convertendum. Ita Bullarium Cherub: pag. 127. Verum olim Bonaventura Minister Generalis usum hujus Privilegii interdixit. Vide Chronologiam Ordinis ad eundem Annum. His porro Privilegiis inter has altercationes muniti Patres Conventuales, jam ab Observantibus lacepsiti, eo quod favore Pontificum primas intra Ordinem tenere vellent, ac jam Capitulum etiam Generale private celebrare occiperent. Ut porro eis jam nimio per ampliatas, adhuc prevalere possent, amplius, ac amplius, liberiusque tam bona temporalia recipere, legata admittere, imò exigere, proventus per Procuratores administrare perresequunt. Et haec ipsa potissima Causa fuit, ob quam, uti in toto passim Orbe, ita in hacce Patria nostra Hungaria Patres, & decessores nostri /: uti premiseram: / a tempore Concilii Constantiensis Conventuales dicti, odium, aversionemque tum Praelatorum Ecclesiae, tum Regni Procerum incurrerunt: ut quanto antea benevolentiae-

Minister Generalis
suet Relaxationes.

Cum Conventuales
odiosi coram Mag
do redditi fuerint.

Studio eos persecuti fuerant, tanta aversione, indignationeque in eos furere, & grassari occiperint, ut nec merita per duo, aut annos, sed saecula prestita pensantes, nuper e latebris quibusdam prodeuntibus Circumcellionibus cedere, solumque e nonnullis conventibus, Auspicijs Hungariae Regum collatis, vertere iusserint. Cum tamen eadem prorsus, quae antea Constantes DEO, & proximo Spiritualia prestiterint Obsequia, ita nempe ~~ut utinam non~~ ~~hodie~~ ~~etiam~~ ~~mutabile~~ est, minimisque momenti amat, oculisque Religiosos vulgus profanum, pretiumque ipsarum etiam DEO Sacratarum Actuum, Personarumque a lucro sibi cessante, & damno imaginario emergente metiri consuevit, atque cave, utinam non orco pejus manus mortuas accipientes a versatur, dantes vero tametsi aequè mortuas pleno jure sibi vendicant.

XVIII. Hoc rursus Anno 1434. Eugenius Anno 1434.

Papa IV. Episcopum Sabariensem in Parmonia F. Petrum Potier S. Theologiae Professore Ordinis, & Provinciae hujus Hungariae Alumnus instituit per Bullam: Attente Considerationis. XV. Kal. Nov: habeturque apud Wadclingum in Regesto ad hunc Annum. Item Anno insequente 1435. Vardiensem in Hungaria Trans-Danubiana, sub Archi-Episcopo Colocensi Frém Joannem de Comilla, aequè Ordinis nostri Professum, post Obitum Dionysii Episcopi per Bullam: Apostolatus Officium. Patum VI. Kal. Aug. apud eundem Wadclingum in Regesto videndam. Hoc moderno tempore Sabaria Episcopo caret, sed cum Collegiata Ecclesia ex Castro-Ferreo translata, Saurinensi Episcopo paret. Voluit hocce in loco Episcopatum instaurare prae memoriae Augustus Imperator Carolus VI. denominato etiam Episcopo loci Paulo Juniore e Comitibus Forgach, ast presentatus iste Episcopus, nunquam Episcopatum hunc adiit. Sed ut ad propositum Regrediar: Illud sane mirari subit, quod Papa Eugenius IV. tantus Observantium promotor, ad Episcopatus tamen plurimos, uti apud citatum Wadclingum apparet: Solos ex Ordine Fratrum Minorum Conventuales sublimaverit: uti etiam ad hunc ipsum Annum 1435. Frém Matthaeum Sirinno, quem antea in suum Poenitentiarium adlegerat, postea Episcopum Coronensem, sub Archi-Episcopo Atheniensi per Bullam: Attente Considerationis intutum. X. Kal. Octobr: instituerit; pauci nimirum hoc tempore fuerant, ut verbis Wadclingi utar: ad hunc Annum p. 27. in Familia Observantium Viri docti, praeter eos, qui a Conventualibus transierant, aut in saeculo ante susceptam hanc vitam rationem

Duo e nostris ad Episcopatum promovetur.

Rari ex Observan-
tibus Viri docti.

Rationem Literis operam dederant, in pauperibus namque Tu-
guriolis plus poenitentia agenda, rebusque Coelestibus contem-
plandis studuerunt, quam Philosophicis, aut Theologicis discipli-
nis addiscendis, humilitatem & Seculi fugam quam maxime medi-
tabantur, timebant per inflantem Scientiam posse profligari, & sa-
crarum Semina Virtutum propter inanem Dullam popularis ama-
sterilescere. Primus S. Bernardinus Senensis hujus Observan-
tium Istituti Sodales in Theologia morali instituere cepit, ac
deinde Pontifex Eugenius IV. praecepit: ut Theologia Scholasti-
ca, & Iuri Canonico operam darent, lecto deinde per ipsum Fra-
trem Bernardinum de Senis in Conventu Montis extra Ur-
bem Perusii Tractatu de Censuris. Ceperunt Discipulorum plu-
rimi admirari ingentem Cumulum Excommunicationum, quae in
Corpore Iuris continebantur, & Scrupulis Urgeri, an indebite for-
te alios absoluerint, & an ipsi aliquas incurrerint? Ut porro
Fratrum Serenarentur Conscientiae, Res Pontifici detecta fuit,
qui Absolutionibus, si quae erant invalidae, Robur, quae potuit
adjecit, & Fratres omnes Censuris, quibus tenebantur, absol-
vit. Inde etiam in hac Patria nostra Compellatio vetusta: Ote-
Ceri Darat. dum idiotas, Scientiarumque expertes alloqueren-
tur, invaluit, nempe: O tu Monache Cseriensij! Id quod ho-
dicum etiam Audire est. Et sane pro humilitatis quidem Con-
servatione Consultius est, Scientiam, quae inflat, Supervacane-
am, & Religiosis prorsus inutilem, dum alii Scire volunt co-
duntaxat, ut sciant, & Sciantur, seponere, Nec aliud Velle Scire
nisi Iesum Christum, & hunc Crucifixum, quo sensu etiam
Seraphicus Patriarcha S. Franciscus monuit, ut qui non Sci-
unt Literas, non curent discere, quibus nempe, uti Fratribus
nostris Conversis, id non competit, Adt qui Sacerdotio initia-
ti in Subsidium, & Adjutorium Clericorum missi, & vocati Iu-
mus, Scientia, quae Scientem illuminet, & proximum verbo,
& opere aedificet, nedum Superflua, sed necessaria prorsus est
timendumque ne cum quidam in Cortice Litera illius Verborum
S. Francisci desidiiose haerere volunt, Scientiamque necessari-
am repellunt, ipsi quoque repellantur a Sanctuario, ne Sacer-
dotio fungantur, juxta Comminationem Domini.

In hac etiam Patria
videt olim appel-
labantur Cherienses.

Anno 1436.

XIX. S. Jacobus de Marchia Anno 1432. ad Pops-

nenses Fratres missus, institutus autem eorundem Vicarius
Anno 1435. Observantiam perfecit, stabilivitque apud eos-
dem, quae jam s. uti in praecedentibus dictum est: initia quaedam
circa Annum 1406. Auspicata habuit, ut jam tunc Regula-
ris Obser-

ris Observantia Professores in Pontificiis Literis dicti fuerint, dum verò isto Anno 1436. jam tota Bosnensij Provincia, una cum Conventibus suis, quos pauculos in Hungaria habuerant, Observantiam profiteretur, Obtinuit memoratus eorundem Vicarius Jacobus de Marchia ab Eugenio IV. per Literas Sacra Religionis. VIII. Kal. Sept. Anno VI. Wadclingus adhuc Annum 14. facultatem aedificandi Monasteria pro Observantibus in Bohemia duo, in Hungaria tria, & in Austria tria, cum distantia tamen per Sedem Apostolicam Ordinata. Verum paulo post hæc tempora sicut uti videbimus: non Observantia distantia illa in iisdem etiam nobiscum Civitatibus, & locis, utcumque Reclamantibus Patribus nostris, suas fixere Colonias, ac de his mox satis, superque.

Obtinuit Obser-
vantes rursus
quodam domicilia.

XX. Anno prefixo 1437. in Conventu Budensi celebratum fuit Capitulum, quando sicut ut Archibum nostrum in-
digitat: Andreas Minister Vigessimus tertius electus est. Ulti-
etiam in Catalogo Ministrorum ita recenset: „F. Andreas de
Agria Minister defuncto Petro Ministro Anno Domini 1437.
quo etiam Sigismundus Rex Hungarie obierat, electus est. „Ul-
timum hoc Capitulum Bude in Conventu S. Joannis Evan-
geliste celebratum fuit, cum eum Sexennio postea Fratres
Cherienteses sicut ut mox sequetur: eriperent.

Anno 1437.

Eligitur Minister.

XXI. Nobilis quidam Joannes Petrus de Forgach -
Baro de Tymess-Vár, nescitur, quâ percitus Offensione, aut
vindictâ, Conventum Nostrum Nitriensem sicut extra Muros ad
B. Virginem in Coelos Assumptam: devastavit, ac Fratres dis-
pulsit. Quare Summus Pontifex huic violentie Obviare volens,
Sequentem edidit Bullam, que Originalis in Archivo Pro-
vincie exstat.

Anno 1441.

Nobilis Joannes
Petrus Forgach de
Tymess-Vár devastat
Conventum Nitriensem.

Quare Pontifex
eum per Archi-Epi-
scopum, & Praepositos
Conveniri jubet.

Eugenius Servus Servorum DEI.

Venerabili Fratri Archi-Episcopo Strigo-
niensi, & Dilectis Filiis S. Georgii de Viricli Campo &
S. Stephani de Castro Strigoniensi Ecclesiarum Prae-
positis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Congressi sunt Nobis Pvardiamus, & Fratres Domus
Beate Mariae extra Muros Nitrienses Ordinis Fratrum Mi-
norum, quod Nobilis Vir Joannes Petrus de Forgach Baro
de Tymess-Vár, & quidam alii Layci Strigoniensis Dioecesis ejus
Familiare

Familiares prefatam domum devastarunt, & demoliri fecerunt, ac Prædianum & Fratres prædictos abinde expulerunt, in non modicum ipsorum præjudicium, & gravamen, ideoque discretioni Vestre per Apostolica Scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, & Auditio hinc inde propositis, quocumque fuerit, appellatione remota decernatis, facientes, quod de creveritis per Censuram Ecclesiasticam firmiter Observari, providi ne Authoritate presentium in Terras dicti Nobilis interdicti Sententiam proferatis, nisi à Nobis Super hoc mandatum acceperitis Speciale. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, Censura simili appellatione cessante, Compellatis Veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes his exequendis poteritis interesse, duo, aut unus Vestrum ea nihilominus exequatur. Datum Florentie Anno Incarnationis Dominice Millesimo Quadringsentesimo Quadragesimo primo X. Kalend. Aprilis Pontificatus nostri Anno XII.

Anno 1443.

XXII. Ampliatam jam Observantium Bosphensium Provinciam, ita ut in Hungaria etiam plures numerarentur conventus, Hungari Originarii ejusdem Alunni, Bosphensium Regimine haud contenti, Capta occasione ad Magnates Regni Conjugientes, eorum favore, & opera Vicariam in Hungaria à Bosphensi distinctam, & omnino divisam, subreptitia facultate: non enim substitit, ut mox apparebit: Eugenii IV. sibi constituerunt, & convocatis Fratribus ad Comitium in Oppido Semo in primum Vicarium Observantium in Hungaria elegerunt Fratrem Fabianum de Bachia, vel sicut Provincie Salvatoriana Historicus vult, ac non scio, quid Mysterii ex pura nomenclatura extundere nititur: Fabianum Kenyeres, ita Mellissanus à Macro apud Waddingum hoc Anno. Quod hac facultas subreptitia, & conficta fuerit, manifestum fit ex Bulla Eugenii IV. Anno consequente edita. Etsi ex debito. IX. Kalend. Februarii. Vide Regestum Vaticanum fol. 773. Ubi Pontifex ita eidem Patribus Observantibus Bessne, & Hungarie expostulat: „Sed heu prohi dolor! à paucis admodum fere temporibus Satore Zizania procurante, quedam exorta gravis etiam Nobis ad audientiam velata est discordia inter Fratres Observantes Hungarorum ex Una, & Bosphenses, Ceterosque Sclavos Citra flumen Zane residentes ex altera partibus, quod ad divisionem venerint Vicariorum: Provincialiumque Ordinis prelibati, in tantum quod Hungari elegerint sibi Vicarium ex seipsis, & Bosphenses, & Sclavi alium sibi elegerint e converso. Cessat deinde Pontifex, & irritat

Patres Chorienſes
Hungari ſeparantur
à Bosphensibus.

irritat hanc temerarie factam divisionem, & utramque partem re-
 univit. Interim Hungari Cherienses, quamquam Bosnensibus
 reuniti Authoritate Pontificia fuissent, Conveto tamen ipsos ad Secu-
 li Magnates recursum effecerunt, ut contra Pontificium edictum sepa-
 rati, separatamque Vicariam in Hungaria a Bosnensibus Consti-
 tuentes remanserint. Ad hoc enim tempus provocat Historicus Pro-
 vincie ejusdem Salvatoriane Separationem sui a Bosnensibus,
 quamquam Annum pessime, ac contra Wadclingi Sententiam 1444.
 adnotaverit. Consensit demum huic facta Separationi Nicolaus V.
 Anno 1447. per Bullam: Ineffabilis Summi Providentia Patris.
 Vide P. Urbanum Fricbrich fol. 11.

XXIII. Pontifex Eugenius IV. quaque versum per
 Orbem Christianum Familiam Observantium amplificare vo-
 lens, plurimos Conventus a Fratibus Conventualibus acceptos.
 Stabat pro ratione voluntas, & privatitas in Novitiam Observantium
 Familiam affectus: Inspione, Consilio, & promissima Ammentia
 Fratibus Observantibus attribuerat. Julianus etiam Cardinalis
 ejusdem Pontificis apud Uladislaum Hungarie infelix Legatus,
 Eidem Pontifici complacere studens Coenobium S. Joannis Evan-
 gelista in Urbe Regia Bude Titum, olim a Bela IV. Rege
 Anno 1270. Constructum. Uti apud Wadclingum Melissanus
 a Macro pro 8. ad hunc Annum scribit: „Ad Instantiam
 Regis, & Dynastarum, ac etiam aliud S. Petri Pesthini in Dioec:
 Vacienti, amotis Claustralibus, seu Conventualibus, majoribus mi-
 mirum nostris, Fratibus de Observantia s. Cheriensibus nuper
 a Bosnensibus separatis: hoc Anno dedit. „ Non alia certe de
 causa Convincente, quam cum Unus, idemque Ordo sub eodem
 Capite Ministro Generali esset Conventualium, & Observantium
 ac Conventuales Patres nostri Bude alioguin haberent cum
 Pesthino quatuor Conventus, nimirum: in Castro Budensi S.
 Joannis Evangelista, In Insula Leporum S. Clara, In Sicam-
 bria ad S. Franciscum, & Pesthini ad S. Petrum. Duo ex his: Bu-
 densis ad S. Joannem Evangelistam, & Pesthensis ad S. Petrum
Observantibus Cheriensibus, tanquam ejusdem Capituli mem-
 bris cederentur: inveniuntur nempe Patrum devotuli nonnun-
 quam, qui ita Aram exornant Unam, ut alteram expolient. Cum
 hosce Observantes, tanquam Austerioris vite Speciem preten-
 dentes, pro Conventualibus diligerent. Ea est Saculi Indoles, ut
 novitatum, sicuti in Vestibus, aedificiis, imo in Sacrationibus
 etiam Confraternitatibus, Sodalitiis, seu Congregationibus, ita
 etiam in adsciscendis Religiosis sit avidissima, ac fastiditid
 veteribus

Julianus Cardina-
 lis Sedis Apostolicae
 apud Uladislaum
 Regem Legatus Bu-
 densis S. Joannis
 & Pesthensem S.
 Petri Conventus no-
 bis eripit & Observan-
 tibus Cheriensibus
 tradit.

Veteribus, novos s: Sola saepe Opinione Vaga: jam quasi omnis
 Sanctitalis radiis illustratos suscipiat, quos rursus superve-
 nientibus aliis, exosos, uti priores habet. Wadclingus quidem
 uti jam expresseram: scribit, Julianum Cardinalem ad Instantiam
 Regis, & Dynastarum hos Conventus Patribus nostris ademisse, ac
 cum haec desumpserit ex Manuscripto Provinciae Salvatoriana, ut
 ipse ad marginem adnotavit, merito dubitari potest de Veritate, cui
 nemo in propria Causa idoneus testis esse queat. Quare seclusis
 praedictis, censeo: praefatum Julianum Cardinalem id Com-
 placendi Studio duntaxat ipsi suo Principali Eugenio IV. fecisse,
 quem similia perpetrasse in Italia, aliisque Regionibus non
 tam recte, quam certe sciverat. Ademit porro dictos Conventus
 eo majore Confidentia, quod nec Rex, nec Dynastes remitterentur,
 quibus etiam Patres Observantes jam Chariores esse ceperant.
 P. Samuel Timon c. S. Jesu in sua Epitome Chronologica ita scri-
 bit ad hunc Annum 1444. Ordinis Minorum de Observantia
 Provincia Hungarica Pestho usque Moldaviam protenditur,
 Pesthiensis & Budensis Conventus Franciscanorum Conventua-
 lium ab Eugenio Papa jubentur dari Observantibus. Provincia
 S. Salvatoris fuit Observantium, Beatae Virginis Conventuali-
 um s: notent^{50c} sibi moderni Hungariae Conventuales: Succeedente
 tempore Mariana, Institutum Salvatorianae s: Observantiam:
 amplexa est. Quamquam hic P. Samuel Timon lectissimus sit
 Historicus, pluribus tamen intentus, non recte illuc adnotavit
 quod jubente Pontifice Conventus nominati Budensis & Pesthi-
 ensis Observantibus traditi fuerint. Ex Bulla equidem Curge-
 nii Papae IV. Sacrae Religionis. Data Kalend. Febr: hoc Anno
 Confirmat solimmodo Conventus eos pro Fratibus Observantibus
 quos Julianus Cardinalis eis assignavit, aut fors assignabit. Vi-
 deatur Wadclingus ad hunc Annum.

Confirmante, non
 jubente Pontifice
 accepti sunt dicti
 Conventus.

XXIV. Ultinam hic ipse Julianus Cardinalis non
 minus toti Hungariae quam Nobis exitiabilis fuisset! Inval-
 referre ex Dugleso, & Bertio Verum Turcicarum Scriptoribus
 infanda hujus Juliani Cardinalis Consilia. Osor imite pacis
 ab Ulaclislao Hungariae Rege cum Amurathe Turcarum
 Imperatore Julianus Cardinalis Legatus adio apud Pontificem
 Eugenium IV. Operatus est per Literas, quod hic Ulaclislao
 rescripserit: Bellum nulla habita ratione foederis Contracti, cui
 infideli Christi hominis hoste, prosequendum esse ac ob id se a
 quovis juramento, quod intercessisset absolvere. Itaque Pontifice
 absolvente, Julianus Cardinalis verbis inflammante, decretum est

resumere

reassumere Arma, & maxime quod Amurathes in Carmani-
 am Regionem, Indis Conterminam Exercitum duxisset, itaque
 immensis Ecclesie Sumptibus, Valido Exercitu comparato & in-
 structa Nobilissima Classe Varnam usque, sive Dionysopolim Ur-
 bem ad Mare Euxinum Ulaclislaus vana spe Classis Christia-
 norum Reperienda pervenit, incipinatorum motuum Ulaclislai -
 Amurathes fama commotus, datam, & acceptam fidem coram deo,
 suis cunctis videntibus execratus, infecto Carmanie Dello, omnes
 suas Copias Collegit in Ulaclislaum, quem foedifragum proclamabat,
 iturus ac extrema experturus. Versa igitur facie regressus ad Varne-
 lacum, ubi nostri Castra posuerunt, pervenit, ibique perpetuis tri-
 bus diebus Amurathe semper Christianos fracta fidei incusante,
 magnis animis utrinque pugnatum est, ac tandem victoria peneo
 Amurathem fuit. Rex Ulaclislaus eo praelio confectus, interit,
 Humiades egre Salvus evasit, & cum plurima Hungarica No-
 bilitatis, & exercitus parte ipse Julianus Cardinalis, Flabellum
 clifichorum, & Author rupti foederis, equo lapsus, miserè ani-
 mam in devio saltu exhalavit. Ita Bertius in Descriptione Im-
 perii Turcici ad Annum 1444. fol. 537. apud Waddingum
 ad hunc Annum. Unde non immerito Poeta Hungarus ingemuit.

Infelicia Julia
 ni Cardinalis
 Consilia.

Romulides Cannas, ego Varnam Clade notavi.

Discite Mortales non temerare fidem.

Me nisi Pontifices jussissent rumpere foedus,

Non ferret Scythicum Parionis Ora iugum.

Miserè inquam dictus Julianus Cardinalis animam exha-
 lavit, ac cum eo plures e J.F. Cheriensibus, quorum Fundator ex-
 stiterat, nempe auferendo nostros, ac illis tradendo Conventus. Ut
 equidem illi tanto Mecoenate devinctum Animum testarentur, latius
 ejusdem in hac Varnensi Clade stipaverant. Teste M. Joanne de
 Turocz ita Cap: 40. Scribente: „Ubi & prefatus Julianus Cardina-
 lis, multique alii Religiose vite Viri, maxime de Ordine Fratrum
 Cherienium; fortasse Cucullo Cassidem adjecerant; Castra inter ea-
 dem ultima solvise debita feruntur.“

XXV. Multa hoc Anno 1444. Occasione Cladis

Varnensis Variis Variorum Ordinum Coenaculis, ac nostro etiam
 Bistriciensis in Transylvania Conventui irrogata sunt Summa,
 imò exusti, & solo aequati fuere per insolentem, & tanta Victoria
 tumidum Barbarum. Vide Waddingum H^o 69. Unde Pon-
 tifices Eugenius Papa IV. Diplomate suo commendavit Fidelibus
 dictas Domos desolatas, ut suis Eleemosynis Concurrant ad Re-
 parationem

Occasione Cladis
 Varnensis Conven-
 tus Bistriciensis
 destructus fuit.

parationem earundem. Veri Julianus hinc Cardinalis Falum hujus nostre Provincie dici posset nisi Deus O. M. qui in malis etiam Optima eruere novit, per has, secularis que Patrum nostrorum preces eodem sensim disposuisset, relictis Conventualium Relaxationibus ad chariorem sibi Regularis Observantia amplexum, & quamquam mox dictum Diocetensem Conventum nostrum non abstraxerit, non destruxerit idem Julianus perse, destruxit tamen suo toti Hungarie fatali Consilio sacerdotis abrumpendi.

Anno 1445.

XXVI. Fr. Paulus de Zech s. ubi Archivum continuat Minister fuit Vigentesimus Quartus Provincie nostra electus in Capitulo Strigoniensi Anno 1445. Cum vero idem Archivum alibi exprimat hunc Ministrum eodem tempore Provinciam rexisse, quo Conventus Budensis, Pesthiensis, ac Strigoniensis a nobis accepti, Cheriensibus traditi fuerunt, jam ante Annum 1443. electus fuisse credendus est. Tempora hic Minister supervixit in ore, & amaritudine referta, dum plures Provincie Conventus dissipari oculis irae suis intueretur.

Anno 1446.

XXVII. Temperavit tamen DEUS hujus Ministri Pauli de Zech justum dolorem ex amissione duorum antea Conventuum Budensis unius, & Pesthiensis alterius merito conceptum, dum hoc Anno 1446. in hac nostra Hungaria Provincia apud Forum Sicularum in Transylvania, & alter in Patak ex Communi Franciscana Arario, Eleemosynis videlicet Fidelium restaurati fuerunt. Gonzaga quidem in istius Provincie nostre descriptione Conv: 28. & 29. eodem hoc Anno primitus edificatos; ast erronee scribit: Cum Conventus Fori Sicularum jam in allato Anno 1400. Catalogo reperiat, Patakiensis vero jam Anno 1307. Capitulo celebrato locum prebuerit. Sed novum rursus fatum, dum idem Conventus Fori Sicularum nuper restauratus, eodem turbine hoc eodem Anno ereptus, & dictis Patribus Cheriensibus traditus fuit; sed nec Patakiensis longo ut viclebimus: tempore nobis remansit.

Duo Conventus re,
Staurantur.

Anno 1448.

XXVIII. Waddingus ex Monumentis Provincie Satoriana, consentiente etiam Archivo nostro, ita scribit ad hunc Annum 1448. Apud Melipannum a Macro Fr. S. Strigonium Archi-Episcopalis quondam Sedes in Hungaria ad Carnubium Notissimum Annem Conventum habet Desipare Virgini dicatum, a Bela IV. Rege fundatum, qui hoc Anno Fratibus

Fratribus Regularis Observantiae s: Cheriensibus: ab Ill^{mo} & Reverendissimo Domino Joanne Cardinali Pitt. S. Angeli, ad Instantiam Domini Comitis Joannis de Humicade, Gubernatoris In- clyti Regni Hungariae, Praelatorum, Baronum, Ceterorumque Pro- cerum, & Dynastarum datus fuit ex Commissione, & Mandato Sanctissimi Domini Papae Nicolai V. Executor vero fuit Ill^{mo} & Reverendissimus Pater Dionysius de Szech Archi-Episcopus Strigoniensis. Ita nempe exemplo ante quinquennium Bude, & Pesthimi, ac biennio antea in Foro saeculorum Transylvaniae posito, jam proclivius fuerat Patres nostros Conventuales averruncare, & Observantes s: Summae Sanctitatis praesagio, qui nempe bona omnia, praedia, fundos, reditus, fundationes &c. Patronis resignati, respicient, oneribus tamen a Fundatoribus olim adjectis gratuito se satisfacturos pollice ~~antur~~ ^{rentur}: iisdem substituere. Adnecto hisce pro pleniori horum omnium noticia sequens documentum, nuper authentice communicatum, quod tametsi nobis inglorium sit, quia tamen Historicorum. Muneris est, omnia sincere perscribere, ac praeterea vel ex his Provinciae nostrae calamitatibus gratulari possumus, Patres nostros tandem rejecta Conventualium relaxatione sepositisque dispensationibus, ad Regularem, ac successive Strigoniensem Observantiam s: quam actu profitemur: transisse, ideo suppressere nec volui, nec ingenuè potui.

Admittitur Conventus Strigoniensis B. Mariae Virginis.

Exemplum Transumpti Literarum Joannis Cardinalis S. Angeli, Apostolicae Sedis Legati, nonnullas domos a Patribus Conventualibus s: nostris olim decessoribus: ad Observantes in Regno Hungariae s: Cherienses: transferentis Anno 1448.

In Nomine Domini Amen.

Goverint Universi & Singuli presentes Literas &c: inspecturi, visuri, lecturi &c: quod clie, & loco infra scriptis Venerandus Frater Stephanus de Dorozlo Ordinis Fratrum Minorum de Observantia, Custos Custodiae Strigoniensis, Nominibus, & in personis Universorum Fratrum dicti Ordinis, in Regno Hungariae existentium, Nos Thomam Amadeum de Ferraria Praeceptorum Doctorem Pittrienf: & Canonicum Ecclesiae Strigoniensis, Reverendissimique in X^{to} Patris &c: Thomae Miserat: Divina &c: Filij S. Martini in Montibus S^{ca} R. E. Presbyteri Cardinalis, Strigoniensis Archi-Episcopi, & Apostolicae Sedis Legati nati, Vicarium in Spiritualibus, & Causarum Auditorem Generalem personaliter accedens, exhibuit & praesen,

& presentavit Nobis &c: quoddam Literas Rendissimi quondam Domini Joannis Misericordie Divinae S. Angeli S. R. E. Diaconi Cardinalis, Apostolicae Sedis &c: de Latere Legati, ipsius sigillo oblongo &c: signatas, & sigillatas, sanas, & integras &c: hujusmodi sub tenore.

Joannes Misericordie Divinae S. Angeli Sacro Sanctae Romanae Ecclesiae Diaconus Cardinalis, Apostolicae Sedis in Germania, & nonnullis aliis partibus de Latere Legatus specialiter deputatus, Rendissimo in X^{to} Patri, & D^{no} Domino Dionysio eadem Misericordie Tituli S. Cyriaci in Theromis S. R. E. Presbytero Cardinali, Strigomiensi vulgariter nuncupato Salutem in Domino.

Romanus Pontifex, qui Universi Regis Domini Regimen à Christo suscepit Legatos suos de Latere S. Apostolicae Sedis, Ecclesiae Dei Cardines ad diversas mundi partes transmittit, ut mediante eorum providentia circumspecta, Clericorum tam secularium, quam Regularium, principaliter, qui alios Christianis vitae & Sanctimonie norma, & Speculum morum, & honestatis esse debent, Errata corrigant, & emendent in melius, & deformata reforment. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum Nobis in Christo Joannis de Hunyad, Incliti Regni Hungariae Subernatoris, ac Prelatorum, Baronum, Caeterorumque Procerum, & Regnicolarum dicti Regni petitio continebat: quod licet B. Mariae Virginis in Civitate Strigomiensi S. Ludovici in Oppido Lippa Csanae: Communiter nuncupatis S. Elisabethae Viduae, & in Debrecen, ac Zathmarnempe Jaurinensis, & Varadiensis Dioecesium Ordinis Minorum S. Francisci site domus, & Conventus pro Conventibus, & Conventualibus habitationibus Fratrum dicti Ordinis, adhibitis omnibus opportunis officinis, ac multis, variisque & pretiosis ornamentis, & Paramentis Ecclesiasticis, ac Sacris Vasis aureis & Argenteis, Lapidibus, & aliis gemmis pretiosis copiose decoratis pro Divinis imbi celebrandis officis sufficienter, & copiose per Divos dicti Regni Reges fundati, & dotati fuerint. Tamen propter dissolutam, & inordinatam vitam Fratrum dicti Ordinis, in ipsis domibus, & Conventibus pro tempore sine Observantia, & Regula, vis vitae disciplina degentium, Cultus Divinus in eis diminutus existit, ipsaeque domus, & Conventus in suis Structuris, & Edificijs Ruinam minantur, ac omnia, res, & bona hujusmodi ad Cultum Divinum: ut praemittitur: deputata, fere distracta, aliena

Littera continentes
factam ab alienatione
nem Conventus
Strigomiensis.

ta, & per ipsos Fratres vendita, & ad alienas manus deducta, reperiuntur, in maximum ipsarum domorum, & Conventus prejudicium, damnum, atque gravamen, permississimumque exemplum plurimorum; quodque propterea Christi Fidelium Eleemosynarum largitio erga Fratres ipsos in dies tepescit, & se ab ipsis retrahentes, modicam, aut nullam ad eos habent devotionem. Quare pro parte Joannis Pubernatoris, Prelatorum, Baronum, Procerum, & Regnicolarum predictorum asperentium, nisi ipsis domibus, & Conventibus de celeri succurratur remedio, domos, & Conventus prefatos in eorum bonis, & pretiosis Clendijs omnino annihilari, ac anime Regum, Magnatum, & hujusmodi Regni Baronum, quorum sepulture in eorum Ecclesijs habentur, Divinis frustrari Orationum Suffragijs, ac Cupientium domos, & Conventus predictos in eorum structuris, & Edificijs restaurari, & reparari, & in fervore Charitatis Augeri, Nobis fuit humiliter supplicatum, ut super his opportune providere dignaremur. Nos igitur, qui Religionem & Cultum Divinum ubique locorum nostris potissime temporibus vigere, & adaugeri intensis desideramus affectibus, prefatorumque Joannis Pubernatoris, Prelatorum, Baronum Procerum, & Regnicolarum propositum condignis in Domino laudibus commendantes, & ut illud optatum sortiatum effectum, quantum cum Deo possumus, providere volentes, de expositis prefatis certam notitiam non habentes, hujusmodi quoque supplicationibus inclinatis, Circumspectioni Vestre Aulthoritatem Apostolicam nobis specialiter in hac parte commissam adjungentes, eadem Aulthoritate vos exhortando, cum hujusmodi domos, & Conventus pluribus aliis arduis ad preces predicti Regni negotijs impediti, personaliter visitare, & de premisis informari non valeamus, quatenus de premisis, & eorum circumstantijs Universij Aulthoritate prefata vos diligenter informetis, & si per informationem hujusmodi ea fore vera inveneritis, super quo Vestram Conscientiam oneramus hujusmodi, nec non quascunque dicti Ordinis domos alias, & Conventus in toto Regno Hungarie consistentes, de quibus vobis videtur, reformando, ac errata corrigendo, & in melius emendando, Fratres actu in eisdem habitantibus, si ad Regulam juxta ipsius Ordinis, & Instituti Observantiam reduci, & ab hujusmodi erroribus desipiscere noluerint, a domibus, & Conventibus predictis peritis expulsi, & exclusi, Similes vel ejusdem Ordinis Fratres, de Observantia communiter nuncupatos, in hujusmodi domibus, & Conventibus quasi novellas Olivas, que fructus Charitatis, & honestatis populo DEI afferant, & eos regant, & gubernent, in

stitueret,

institueret, & deputare Authoritate predicta Curetis, inducentes
 eos per Vos, vel alium, seu alios in Corporalem possessionem
 Domorum, & Conventuum predictorum, iuriumque, & perti-
 nentiarum omnium eorumdem, & defendentes inductos, districtè
 precipiendo mandantes eis; ut imbi Deo sub Regula S. Franci-
 sci, & Regulari Observantia perpetuum exhibeant famulatum
 facientesque alias in premisis prout secundum Deum, & Do-
 morum, ac Conventuum predictorum Reformatione Vobis vi-
 sum fuerit, expedire, & nihilominus si expulsionem, Institutio-
 nem, & deputationem predictas per vos vigore presentium Con-
 tingerit fieri, ut Fratres in Domibus, & Conventibus predictis per
 vos instituti, & deputati, eo quietius Altissimo deservire, ac ho-
 rid vacare Divinis possint, & valeant, omnibus & singulis ex-
 pulsio predictis, nec non quibuscunque aliis dicti Ordinis
 Fratribus cujuscunque Status, gradus, Ordinis, vel Conditio-
 nis fuerint, in virtute S. Obedientie districtè precipiendo, &
 inhibendo mandatis, ne ipsi per se, vel alium, sive alios directè
 vel indirectè, quovis quæsito colore, Fratres per vos institutos
 predictos, qui nunc sunt, & pro tempore erunt, quamdiu laudabi-
 liter sub dicta Observantia vivant: vexare, molestare, pertur-
 bare, seu vexari, molestari, aut perturbari facere, quo minus in
 Domibus, Conventibus predictis libere, & quietè stare, & illos re-
 gere, & gubernare possint, & valeant, nullo modo presumant, faci-
 entes rursus, que in premisis vobis necessaria videbuntur, vel
 opportuna: Non obstantibus Felicis Recordationis Domini Bo-
 nifacii VIII. Illa presertim, qua prohibetur, ne Fratres cu-
 jusvis Ordinis Mendicantium in quavis Civitate, Terra, seu Vil-
 la, aut quocunque Castro, seu alio loco Communi de novo constru-
 re, seu Construi facere, ac Constructa recipere presument absque
 Apostolica Seclis licentia Speciali, faciente plenam, & expres-
 sam, ac de verbo ad verbum de prohibitione hujusmodi mentio-
 nem, & alijs Apostolicis Constitutionibus, nec non prefati Or-
 dinis jramento, Confirmatione Apostolica, vel quacunque fir-
 mitate alia roboratis Statutis, & Constitutionibus, Caterisque
 Contrarijs quibuscunque. In quorum omnium, & Singulorum
 fidem, & Testimonium premisorum, presentes Literas per
 Secretarium nostrum infra scriptum Subscriptas, exinde fieri,
 nostrisque Sigilli presimus, & fecimus appensione Communiti.
 Datum Budee Vesprimensis Dioec: Sub Anno à Nativitate Dni Millesimo
 quadringentesimo quadragésimo Octavo Indictione XI. Die vero
 vicefima quinta Mensis Junii Pontificalus Nri Dni Nostri Domini
 Nicolai Divina providentia Pape V. Anno II.

A Tergo vero Literarum ipsarum de Litera dissimili -
erant permodum Notula Scripta haec Verba:

Item 1448. Die XI. Octobrij hora Tertiarum, vel quasi,
executio facta est, & quia Fratres Conventuales sub Regula S. Fran-
cis, sine dispensationibus Pontificijs vivere recusarunt, Dñus
Cardinalis juxta mandatum Apostolicum decrevit eos exire, vel
ad Fratres de Observantia, aut Conventuales presentibus ibidem
toto Capitulo Ecclesie Strigoniensij.

Jacobus Notarius in praemissis.

Quibus quidem Literis sic: ut praefertur exhibitis, & presen-
tatis, praefatus Fr Stephanus proposuit, quod Fratres praedicti
in plerisque locis, praesertim in Romana Curia coram Summo
Pontifice Literis hujusmodi futuris temporibus opus haberent, ad
quae Originales Literae praesens, tute, & commode deferri non-
possent, petens Nos, quatenus Literas hujusmodi Literis nostris
de verbo ad verbum fideliter transcribi, & transumi, Transumpto
que hujusmodi Authoritatem, & Decretum nostrum interponere,
ac Fratribus eisdem clare, & concedere dignaremur. Nos igitur
Thomas Amadeus Vicarius Juradictus attendentes requi-
sitionem hujusmodi fore justam &c: Praesertim Literas ad ma-
nus recipientes, diligentius perspeximus; & quia Nos una cum
Notario, & Testibus infra scriptis Literas ejusmodi veras, sanas,
integras &c: esse comperimus, ideo eas per Notarium jam dictum
transumi, & transcribi &c: mandavimus, pro juris eorundem Fra-
trum cautela decernentes, ac volentes, ut Transumpto publico, si,
ve exemplo hujusmodi plena fides deinceps adhibeatur &c: Da-
tum Budae Veszprimiensis Dioec: in Domo Capitulari Ecclesie
Strigoniensij: Hospitio videlicet solite nostrae Residentiae sub pro-
prij nostri &c: Sigilli appensione Anno a Nativitate Dñi 1506.
Indictione X. Die vero VI. Mensis Martij hora longi pulsus,
vel quasi &c: Presentibus ibidem Discreto Presbytero de Fle-
derhel, ac Circumspectis, & providis Joanne Secloldi Literato de
Buda, Antonio Pellifice de Pesth, & Francisco de Herij Veszpri-
miensij, Vacziensij, & Bachiensij Dioec: Testibus fide dignis, ad
praemissa vocatis, specialiter atque rogatis &c:

XXIX. En Speciem Juris & facti, qualiter hic Con-
ventus Strigoniensij noster a duobus, & quod excedit Saeculis per
Patres nostros inhabitatus, quem etiam Sanctitate: uti vidimus: /
florentes olim nostri incolere Fratres, Nobis ereptus, & Obser-
vantibus Cherensibus traditus fuit, ac quamquam Crimina Pa-
tribus nostris hisce in praemissis Literis expressa, disputare mihi
animus

animus non sit, e sequentibus tamen aequè Authenticis Pontifici
 cum Rescriptis liquido patebit: ^{Has objectiones speciosas fuisse} ~~Haec Objecta Crimina effectus~~
 duntaxat ^{velum} ~~fuisse~~ dvaritia pallianda; Umicum quod Patrum nostrorum
 Consuetudines hoc Saeculo inultas, accuratius mihi perpen-
 denti innotuit, illud vituperabile est, quod Patres nostri Communi-
 tatem in victu, vestitu abjecerint, & privata peculia, depositaria,
 tametsi de Superiorum facultate usurpaverint; Ubi enim haec et
 iam Saeculo presenti invalescunt experientia compertum ha-
 bemus, Domos & Religiones illas Deo, & hominibus exosal ved-
 di, dum enim unus quisque quae sua sunt querit, publicum
 & Commune, ut extremo periculo subiaceat, necessum est. Immo
 R. P. Lucas Waddingus in suis Annalibus Summus, Summae
 que Fidei rerum Franciscanarum indagator ad Annum 1498.
N^o 7. ait. Querimoniae quidem gravissimae ad Pontificem Con-
 tra Conventuales passim mittebantur: partim forte confictae,
 ut suis Sedibus pellerentur, partim verae, sed non tam enormes
 culpa, quam ferebatur; id sane Commune vitium per univer-
 sas regnabat domos: Violata paupertatis, mollioris vestis, la-
 xioris victus, liberioris Conversationis, hinc frequentes Principum
 Animadversiones, deinde duriores increpationes, demum turbu-
 lante pulsiones, has illi injurias Observantibus Observantibus
 referebant acceptas, quos populorum dicebant incentores, ut spe-
 ciosius domos suas occuparent, ut certo res constarent ad Provin-
 ciarum Rectores, & Ecclesiarum Antidites, Pontifex mittebat
 examinandi facultatem, atque hi etiam Conventualibus parum
 propitii, in partes transibant Observantium. Haec citatus Wad-
 dingus, qui plura de hoc ad Annum hujus Saeculi 1474. N^o 34.

XXX. Illud vero quoad Continentiam mox recensita-
 rum Joannis Cardinalis S. Angeli Legati in Hungaria Apo-
 stolici Literarum, Observandum precipue est: quod tametsi in iis
 quinque Conventus nostri designentur, quos jussu dicti Legati
 Apostolici, aut reformare, aut reformationem abnuentibus
 Patribus nostris Conventualibus, alios sive Conventuales, sive
Observantes substituere debuerat Dionysius Strigoniensis Ar-
 chi-Episcopus: Vigore tamen harum Literarum Umicus iste
 Conventus Strigoniensis B. Mariae Virginis. pro hac vice
 nobis abjudicatus fuit, fortasse in aliis Conventibus in iisdem
 Literis nominatis, impacta Crimina veritate mica non fuisse,
 evictum fuit. Nullibi equidem legimus, recensitos alios Conven-
 tus nostros abalienatos fuisse hoc tempore, uti Lippensem Csa-
 nadiensis Dioec: qui permanserat intra gremium Provinciae No-

Fuerunt aliqua re-
 prehensibilia in Sa-
 tribus, non tamen
 adeo enormia, uti
 arguebantur.

Umicus Conventus
 Strigoniensis Vigore
 Mandati Joannis S.
 Angeli Cardinalis
 & Legati Apostolici
 abalienatus fuit.

stra, donec sicut sequetur: per Turcam occupatus fuit, nec S. Elia,
 sabetha Viciua, nempe Laurinensis Antiquus olim, qui extra-
 muros Urbis devastatus fuit, dum Turca Anno 1594. Prasi-
 dium hocce in suam redigeret potestatem. Nec Debreciensem,
 nec Quartum in Szatmar-Nemethi Diocesis Varadiensis. Imo
 Monumenta nostra probant, ac in L. & B. parte Collectaneorum
 ostendetur, in hisce quatuor Conventibus Saeculis etiam sequenti-
 bus Patres nostros suam retinuisse mansionem, donec Barbaro-
 rum, haereticorumque furore proturbati fuissent, quo tempore ipsa
 etiam Cheriensium, seu Salvatorianorum Provincia in majores pra-
 nostra angustias redacta fuit: pro hujus Assertionis Robore ipsius
 Chronologi moderni Patris Vincentii Blaho Verba adduco: quae ex
 ejusdem Literis ita sonant. „Animadvertendum autem circa hoc
 documentum est, quod Mandati Cardinalitii executio ibidem no-
 tata, solummodo Concernat Coenobium Strigoniense; Vixnam enim
 Debrecinum, & Elisabethinum, uti & Szatmar-Nemethiense Mona-
 sterium nunquam apprehendimus. „ Sed nec illud prae-
 terendum est, quod virtute harum Literarum Joannis Cardinalis Legati-
 Apostolici Patres nostri sicut uti praemisum est: hunc Conventua-
les in Arbitrio positum habuerint in hocce Strigoniensi Conventu
 permanere, dummodo Regulam S. Francisci observent, seu fa-
 mosam illam per S. Joannem Capistranum, Jacobum de Mar-
 chia, quorum partes Papa Eugenius IV. & Nicolaus V. extre-
 me tuebantur, & per Orbem totum suppressis Conventualibus,
 dilatare volebant, Observantiam abjectis omnibus Pontificiis-
 dispensationibus amplecterentur. „ Ast Patres nostri Conventua-
les semper, & Constantiter ipsi Totius Ordinis Capiti Ministro Ge-
 nerali secundum Regulam electo adherentes, qui nempe a tem-
 pore, quo Nomen Conventualium invaluit, ad illud usque, quo
 Officium istud Anno 1517. sub Leone X. ad Observantes
 translatum existit, ex iisdem Conventualibus omnes ad unicum
 electi fuerunt, noluerunt hanc sicut uti arbitrabantur: lateralem
Observantium Congregationem novam, quae non Ministros,
 sed sicuti Vicarium Generalem, ita & Vicarios duntaxat Pro-
 vinciales habuerat, amplecti: dispensationibus vero Pontifi-
 cijs, quoad Paupertatem illam rigorosam satis in Conscientia
 tutos se arbitrabantur, malebantque hunc Conventum Strigo-
 niensem, uti etiam Budensem, & Pesthiensem, ac postea
 quatuor alios amittere sicut quando sic fata tulere: quam secun-
 dum Regulam electi sui Ministri Generalis partes, Constitu-
 tionesque tot Pontificum, Capitulorumque Generalium Oracu-
 lis approbatas, repente, & improvise transmittere, quando hujus-
 modi

Ratio cur Patres
 nostri Observantia
 adeo repente assu-
 mere noluerint?

Legatus Aposto-
licus Conventum
etiam Patakiensem
tradit Cheriensibus.

modi Reformationes non tam Ordinis, quam exterorum potius
Authoritate tanta cum vi, & violentia, & privatorum duntaxat
Commendorum: uti videbimus: intuitu preconcepta, intrudi ce-
perant. Sed & illud alta mente reponendum: quod tamen si Pa-
tres nostri ex hoc Strigoniensi B. Mariae Virginis Conventu de-
migraverint, alterum tamen S. Ladislai in Flumentanea, seu
Agratica Civitate Constantiter retinuerint. Fortasse hic Con-
ventus Fundationibus minus altero provisus fuerat, ac ideo
Proceribus Regni tanta in oculis Spina non obversabatur.
Hoc Cardinalis Joannes S. Angeli, Legatus Pontificius,
ut Pontificis Nicolai V. Cor, Animumque ultro demulce-
ret, eodem adhuc Anno 1448. lacepsitus, iterum a quibus-
dam Regni Proceribus, quorum nempe interesse id deproce-
re videbatur: Patakiensem etiam Conventum nostrum per
eosdem Cherienses Observantes occupari fecit. Exstat in Ar-
chivo Provinciae Salvatorianae Diploma eatenus editum:
Sacrae Religionis.

Anno 1450.

Electi cluo Mini-
stri hoc eodem An-
no. Unus Conventus
accepit Provinciae.

XXXI. Archivum Provinciae in Catalogo Ministrorum
ad hunc Annum 1450. ita prosequitur: „Fr Antonius Ita-
lus Vicarius Generalis Ministri factus est Minister: Vigesi-
mus Quintus: cum magna discordia Anno 1450. qui et ma-
le gubernavit.„ Iterum mox subiungit idem Archivum: „Fr
Paulus de Verchiek, qui fuit depositus per praedictum Fr^m
Antonium Anno 1450. eodem Anno electus & depositus.„
Haec Archivum nostrum, quamquam nullibi clare, hic tamen
Confuse. Ulhis porro Obscuris facta cum sequentibus Confon-
tatione lucem affundam: Electus fuit Antonius ille Italus in
Capitulo Albensi, uti Catalogus Capitulum indicat Anno
1450. Ob respectum, & fortasse potentiam Authoritatis
suae qua Vicarius Generalis, qui cum ob mores, hu-
moresque exteros inconcime Provinciam gubernare cepisset,
eodem Anno depositus fuit, eique Paulus de Verchiek jam
Vigesimus Sextus Minister fuit successus, qua ignominia
notatus ille, cum ad ipsum Generalem Ministrum appella-
set, electio Pauli de Verchiek annullata, & ipse Antonius
Italus per Ministrum Generalem officio suo restitutus fuit.
ita nempe hoc tempore inplexis rebus, & Corpore huius No-
strae Provinciae ipsa etiam Capita Vertigine laborarunt. Hoc
eodem Anno Conventus Casoviensis accepit hunc No-
strae Provinciae. Vide Tertiam Partem Collectanea-
rum.

XXXII.

Feliciores Successu, & prosperiore eventu Fr. Fa-
 biamus de Igal Minister Vigessimus Septimus hoc No 1452.
 eligitur Segedini, cujus tempore Conventus de Uylak, & Lécse,
 mensis sunt ablatis a Nobis: de quibus postea: & Bigottis, seu Che-
 riensibus Observantibus traditi. Ita Archivum Provincie Nostrae.
 Minister hic plenus fervore, & Spiritu, huic Provincie adeo
 hoc tempore Convulsa, fuit peculiariter a Deo providus, qui
 nempe, ut eam nutantem Constabiliret, omnem operam, indu-
 striam que impendit. Quare Regimini sui tempore, quod Annis
 quinque ultra viginti gesserat: propriis Capitula a pluri-
 bus Annis intermissa, resumpsit, atque in eis ea Constituit,
 qua pristinum Provincie Vigorem restituere valerent; preter-
 Capitulum Segediense, in quo ipse electus fuerat in Festo S. Geor-
 gii Martyris, Celebravit Capitula: Primum Anno 1454. A-
 griæ, Alterum itidem Agræ Anno 1456. Tertium Anno
 1458. Albe, quo tempore Rex Mathias, teste eodem Archivis,
 electus, & Coronatus fuit in Regem. Quartum Anno 1462.
 in Sicambria, seu Vetere Buda, & Sextum versus in Scam-
 bria Anno 1465. Et 1469. quo Anno Septimum celebra-
 tum fuit in Keménye. Octavum Segudini Anno 1473. No-
 num Alba Anno 1474. Decimum Segudini Anno 1475.
 Nec ita obscuratus fuit Sol huic afflicte Provincie no-
 strae, quin nonnunquam inter tot Euros, Aquilones, & Procel-
 las Vadiis etiam e Nubibus atris prouincantibus, tantisper il-
 ludraretur. Hoc eundem Anno 1452. Primo Ministeria-
 tius laudati Fris. Fabiani de Igal Conventus Zecheniensis, seu
 Zecheniensis per prius quendam Heroem Frankonem hoc
 Anno fundatus est. Ita Archivum Provincie. Cum tamen Con-
 ventus hujus P. Wadlingus ad Annum 1400. sub Cyto,
 dia Strigoniensi corrupto vocabulo Cecue meminere. Consen-
 dum est: Conventum quidem hunc Zecheniensem dudum an-
 tea existisse, Ast hoc Anno per electum Nobilem restauratio,
 ut novum potius fundasse diceretur. Ast Cythara conversa -
 versus in luctum fuit, dum Anno mox seculo 1453. Con-
 ventus in Nagy-Engli, Nagy-Olaszi, Zemlen Rednek, in
 Franka-Villa, ubi primus hujus Provincie Minister tumula-
 tus fuerat, & S. Demetrii Episcopatus S. Irenai in Custo-
 dia Syrmienis, Circa tempus Captionis Civitatis Constanti-
 nopolitana Turca devastarunt. Verba sunt Archivi No-
 stri. Imo Conventus etiam Zecheniensis paulo postea
 aqne P.P. Observantibus Cheriensibus Ceperat Anno s. ut
 sequitur: 1467.

Anno 1452.

Eligitur Minister.

Celebrantur Capitula.

Fundatur Conventus Zecheniensis.

Turca quatuor Conventus de-
vastant.

Anno 1454.

XXXIII. Nicolaus de Willach, Hungaricus Uylak

Sclavoniae totius sub Ladislao V. & Mathia I. Regibus Hungariae ad Annum usque 1458. Barus, Eiusdem Oppidi de Uylak Dioecesis Quingue-Ecclesiensis Proprietarius, obtinnerat Anno precedente, ut praedicti Oppidi Coenobium S^{ae} Mariae nuncupatum a suis praedecessoribus Constructum transferretur a Patribus Conventualibus Majoribus nempe nostris ad Observantes, Executorem hujus translationis voluit Pontifex Archiepiscopus Strigoniensem, cui etiam commisit, ut possessiones, & bona immobilia, ad praedictum Conventum spectantia, applicarentur Hospitali Omnium Sactorum, & S. Nicolai ibidem erigendo. His peractis, Domum Nicolaus Barus resarcivit, & Observantibus adaptavit, illis acceptare remittentibus, ne Fratrum suorum Conventualium offensionem incurrerent, praecipit Pontifex dato Diplomate, ut admitterent. Ita Conventui etiam isto decedere debuerunt Patres nostri. Illud tamen memoriae praeditum est in Archivo nostro: quod primus Fundator hujus Coenobii Illustrissimus Ugrimus Dux sub Ludovico I. Rege, teste Ambrosowszki in Compendiosa Hungariae Chronologia pag. 22. Index Curiae ab Anno 1356. ad Annum usque 1364., Maledictionem Orbitatis Filiorum posteris suis imprecatus fuerit, si eadem Conventus a nostris Fratribus, nostraque Provincia eorum Opera auferretur, quod in Laurentio Duce mani festius adimpletum esse conspicitur. Ita Archivum nostrum Dux hic Laurentius de Uylak, fuerat Dux Syrmii, Vajvoda Transylvaniae, & Comes Temesiensis sub Vladislao & Ludovico II. Regibus ad Annum usque 1522. Teste eodem Ambrosowszki; Filius Ulrique, qui ad summum Jupos Nicolai illius, cujus opera a nostris olim Fratribus Conventus hic de Uylak ablatus, & Cheriensibus Collatus fuerat, haec fide integra non ad exaggerandum, sed ad rei gesta Notitiam ex eodem Archivo desumpsi. Scribit quidem Chronologus Provinciae Sclavatorianae, quod hic Conventus ad suam Provinciam devolutus fuerit Anno 1457. die 21. Decembris, ut a dorso Diplomatis Collationalis signatum videtur, aut signature huic forte his Annis adjecta, tanta non habeo fidem, ut a Monumentis Archivi nostri recedere debeat.

Conventus de Uylak Observantibus traditur.

Maledictio Fundatoris primi effectus sortitur in posteris.

XXXIV. Minister hujus Provinciae Vir Zelosissimus Frater Fabianus de Igal cernens omnia praecipiti Casu in deteriora ruere, nec jam sufficiens vocetenus arguere, increpare, Obsecrare Tuos in omnipotentia, & doctrina, Constitutiones hoc eodem Anno. edidit saluberrimas in Conventu Agriensi, cum Consensu totius Capituli 8. April. pro Reformatione totius hujus nostrae Provinciae, a quibus deinceps Constitutionibus hanc Provinciam Reformatibus usu receptis, dicta

Provincia per Constitutiones reformatur.

et fuit ex hoc tempore haec eadem nostra Provincia Conventualium Re-
formatorum, seu Conventualium quidem sub Ministris, non tamen
 mere Conventualiter, sed Reformati viventium; Vide discrimen inter
 haec in Bulla Unionis Leonis X. Ite Vos ad Annum 1517. In hanc
 Constitutionum Provinciam Reformantium proemio Minister ita praefa-
 tur: „ Cum ex injuncto mihi Regimini officio Compellar Circumspicere
Animo Vigilanti Statum, & modum Vita Regularis dicte nostrae Pro-
vinciae, non sine mentis turbatione Consideravi, aliqua a Via Salutis,
 & justitia declinata, ad viam rectitudinis, & Statum Regularem Revo-
care. „ In primo Capitulo tractat de Divino Officio ter Sancti in Choro
peragendo plane, ac distincte, ac si non possit Cantari cum maxima
devotione cum punctis persolvendo. Inhibet Absentiam sine causa ra-
tionabili, exceptis Prædicatoribus, quando debent predicare precedenti
die predicationis, ac sequenti die concedit quiescere, & haec sub gravis-
simis poenis. In Secundo Capitulo tractat de Confessione, & Comu-
mione Sæpius cum teneritudine devotionis iteranda. In Tertio Ca-
pitulo agit de Jejunijs Ecclesie, & Regule prescripto injunctis, in
omni Austeritate transigendis, ita ut Jejunium Quadragesimale in
choetur a Dominica Quingagesima, & qui in prædicto Termino non
inchoasset, tenebatur post Pascha totidem diebus jejunare. In Quar-
to Capitulo agit de Abstinentia, ut diebus, quibus Jejunium institu-
tum non est, Fratres non comedant, nisi bis in die, & habeant duo ser-
cula in prandio, & unum in Coena, ac hoc quidem s: quasi excessivum
foret: ubi commode fieri potest. Quintum Capitulum prescripsit, ne
Fratres comedant, vel bibant in Civitate, vel Oppido, ubi Conventus
adsuerunt, sub poena Carceris septem dierum in pane & Aqua, &
Suspensionis ab Officio, si Prelatus fuit, excepto, dum ad prandium
invitentur de Superiorum licentia, Cavebatur etiam sub poena iti-
dem Carceris ne sine Socio, & Literis Obedientialibus quisquam
incedat. In Sexto Capitulo de lectionibus ad Mensam continue
habendis. In Septimo Capitulo prescripte exercitationes fuere ad
vitandam acediam. In Octavo Capitulo forma & qualitas habitu-
um, & Vestimentorum fuit circumscripta adeo, ut a moderno hujus
nostrae Provinciae Marianae vestitu nihil sive in Colore, sive in græssi-
tie partibus differrent, dempto, quod Truncelli, seu vulgo Calepodia
adhuc non invaluerint, Cappa vero uti actu, Caputis, seu uti normi,
namus Mozette assuta, ejusdem per omnia forme uti actu gestan-
tur, fuert. Nonum Capitulum de Silentio rigidissimo. Decimum
de Govitiis in omni devotione educandis, de Clanduris Officinarum
Arctissimis, & Confessionibus audiendis. Undecimum Capitulum de
Proprietate vitanda, ubi Observatu digna sunt verba: „ Cum Regu-
la dicat quod Fratres nihil sibi approprient, & propter violationem
hujusmodi

hujusmodi pene omnes Conventus sunt destructi. Invaluerat enim turpis antea abusus, neglectus perfectae Religiosae Communitatis, & privatorum depositorum, & peculii etiam, tametsi cum licentia Superiorum usus receptus, qui pestis est omnis Religiosae disciplinae. Recensentur etiam eodem Capitulo Casus Reservati, alioguin hodie dum Communes, nisi quod ipsi etiam pecuniarum Contactus iis expresse adnumeratus fuerit. Duodecimum Capitulum tractat de Reliquiis vestimentis, & utensilibus. Decimum tertium de danda, Commodanda, & ad Custodiendum recipienda re quacunque ab extraneis prohibita. Decimum quartum de Novitijs induendis. Decimum quintum de Studiis Juvenum. Decimum sextum de Capitulo Culparum. Decimum septimum de Quatuordecim Fratibus, & de Praedicatoribus. Decimum octavum de Alienatione rerum Conventus severissime interdicta. Decimum nonum de Literali locutione, seu Literis omnibus transmittendis, quam receptis Superiori presentandis. Vigessimum de Inventario Conventuum. Vigessimum primum de Novis Vestimentis, de Fratibus Apostatis, & de professione facienda ac de novis quidem Vestimentis cavebatur: ne Custodes, & Pardiarii possint novis indui vestibus, nisi prius omnes Fratres eorum sublimiti vestitura provisi fuerint. Vigessimum secundum de Libris Fratrum Defunctorum. Vigessimum tertium de Lectisterniis, ubi mortalitas omnis plumarum sermo inhibita fuit, ac Schlarvina solium, seu Codices concessa; facta etiam fuit ^{Voluntaria} ~~Infermariorum~~ reformatio. Vigessimum quartum de Construendis Carceribus in terrorem delinquentium. Vigessimum quintum, & ultimum de promulgatione harum Constitutionum, per totam hanc Provinciam proximè instituenda, & de iis per Superiores in manu forti, & brachio extento mandandis. Atque adeo Constitutiones istae concinnatae fuerunt fine in eum, ut haec Provincia reformetur; ac quamquam Observantiae se non aggregaverint, eo quod Observantiam, lateralem cluniam hoc tempore Congregationem; a Fr. Paulo de Trincis, ^{Laico} auspiciam, imò nonnisi Ordinis S. Francisci sectam reputaverint, voluerintque indivulsa Ministro Generali & Provincialibus juxta Regulam adhaerere, qui semper e Conventualibus ad Annum usque 1574. electi fuerant, parem tamen in omni vitae reliqua austeritate; affectatos excipere Enthusiasticos; Observantibus vivendi normam amplexi fuere, nisi quod bona in Communi Nomine Ecclesiae Apostolicae per Procuratores administranda adhuc dum retinuerint, ex Pontificiis dispositionibus, quarum tenore satis in Conscientia tuti fuere. Quare sicut ut praemissum est; his editis Constitutionibus Severissimis, quibus, uti inspicienti patet, ne ipsa quidem S. Joannis Capistrani pro suis Observantibus compilata Statuta austeriora

Viginti quinque
Capitula Constitutionum
Summarie
recensentur.

Austeriora fuere haec nostra olim Provincia Hungaria, Conventua-
lium quidem, ast cum adhibito, & distinctione Conventualium Refor-
matorum denominari, & inscribi coepit, ac postea ad saepe fatum An-
num 1577. quo Observantiam amplexa fuit, jam Observantium
Characterem nomine non minus, quam omne asumpsit.

XXXV. Nicolaus V. Pontifex sub initium Regiminis
sui Omnibus Deceptoris sui Eugenii IV. principis imbutus, eo-
dem fervore Conventuales insectari, Conventibus spoliare, & Observan-
tes quaquaversum propagare perregerat, successive deinde hinceriori in-
formatione accepta, ab hac Conventualium insectatione destitit, &
pio pacis studio, sublatis censuris ab Eugenio latis in eos, qui spre-
tis suis Observantiae Superioribus ad Conventuales transirent, & in
illos, qui transientes reciperent, aut retinerent, liberam transendi
fecit potestatem, passim deinde, & ubique huiusmodi recursus fiebant,
& discursus, si quidem dum errantes Corripere tentarent Prelati, ut
supplicium declinarent subditi, fugiebant ad Conventuales, a qui-
bus benigne recepti bene habebant, atque ut amplius allicerentur,
Laici ad Clericalium, Clerici ad Sacerdotium, Sacerdotes ad honores
& praefecturas asumebantur. Deinde multis ex his in Coenobis ali-
quot collocatis novum quoddam vite Reformatae genus sub omni-
moda Superiorum Conventualium potestate componebant. Ita Wad-
clingus ad hunc Annum 1572. Rursum Observantibus hos
Conventuales Reformatos praeferebant, quippe quos absque aliqua
Regulae offensione Religiose sub Prelatis legitimis vivere divulga-
bant, illos vero s: Observantes: Bullarum Privilegiis a vera Supe-
riorum Obedientia deviare. Haec vero nostra Hungaria Provincia,
uti Numero superiore adduxeram: Reformatae etiam fuerat, ast non
ita, ut aliqui dumtaxat ex his Collectitijs Observantibus in unum
alterumve Conventum Compingerentur; Uti hic de alijs Regionibus
Wadclingus refert, sed tota quanta tam in Capite, quam membris
omnibus Reformationem Coram toto Capitulo asumpsit, ita ut
omnes quidem Conventuales, ast Reformati nuncuparentur. In-
stantia vero illa, quasi Patres nostri se, suosque perfectiores Ob-
servantibus buccinasent, vix apud nostros usuvenerat, cum om-
nes omnino totius Provinciae Alumni sine ullo discrimine Refor-
mati haberentur. His porro excitatus P. Joannes Capistranus
Observantium Vicarius, & Zelotes, iterum Wadclingus 1573.
haec omnia datis literis ad Pontificem distincte recensuit, facult-
talem nempe datam Observantibus ad Conventuales transendi Ob-
servantiam dissolvere, rogavitque, ut tantis obiaret malis, ac in in-
tegrum suo robori restitueret Bullas Eugenianas, quibus transi-

Nicolaus V. in-
cipit favere Con-
ventualibus.

Joannes Capistranus
 eius defendit suos
 Observantes.

tus ille interdictus fuit. Mox ad Cardinalem Firmanum Ordinis Protectorem, Observantibus palam adversum, ac Conventualibus propitium, qui etiam in publico consensu contemptibiliter quosdam Observantium Prelatos e suo abegit conspectu, & Authentico Testimonio, peculiarique Decreto omnibus notum voluit, licitum esse, & fore hunc liberum ab Observantia sic dicta ad Conventuales recursum, & transitum. Ad hunc inquam Ordinis Protectorem Cardinalem Firmanum Capistranus pro suo zelo aliquante ardentior, rem dedit Epistolam, objectis his, que in Religiosum commisit Observantium Institutum, alias vero ad alios misit Epistolas auxilium ubique conquirens, ut Bulla Eugemiana, quibus velabatur Observantium a Conventualibus receptio, suo vigori restituerentur. Postremo omnium Provinciarum Vicarius serio & diffuse scripsit: ut tanto Observantium Status discrimini occurrerent. Principes, ac Ferrarum Dominos Auxiliatores adhiberent, & modis omnibus serpentem ignem extinguerent. Ipse Imperatorem, aliosque Germanie Dynastas ad ferendam opem excitavit. Ita Waelclingus. „Nimirum tante molis erat Romanam condere gentem! Patres in terea Conventuales Pontificis Nicolai V. in Ordinem favore animati, omnimodo studuerunt Observantes propensione olim Eugenii IV. nimiope sibi insultantes suppressere, aut sua subclere plenaria potestate.

Anno 1455.

Conventuales suggerunt Pontifici
 Consilia Contra
 Observantes.

XXXVI. Obiit hoc Anno Nicolaus V. Pontifex, Patres interea Conventuales non deposuere studium Observantes in Ordinem redigendi, impediens nimirum eorum jam usu receptam consuetudinem, qua vivente Eugenio IV. Pontifice vix novos conventus obtinere, sed omni contentione, & exterorum emendicato favore, Conventualium Coenobia extorquere conabantur. Quare majori conatu sub novo Pontifice Calixto III. Institerunt, sperantes hominem Universo sodalitate affectum pacis, & unitatis amorem facilius in suam sententiam attrahendum. Duo Pontifici suggererant: haud tuta conscientia Observantes in eo statu versari, magno Ordinis dispendio seipsam hanc utriusque Familie quotidie amplius augeri, ut vero haec magis persuaderent, dicebant: Bullam Eugemianam dictam, falsam, & subrepticam ab Eugenio IV. nequaquam emanasse, sed a Joanne Capistrano, Nicolao Auximano, & Jacobo Primadizio solum excogitatum. Ita Waelclingus ad hunc Annum An^o 45. Deinde Familiam hanc Observantium adeo ab Ordinis Capite recessisse, ut omnino censetur separata, & divisa, & deinceps non Minorum & Franciscanorum sed Fratrum de Bulla, aut Privilegiatorum appellari debere, qui

nempe

nempe non Ministris iuxta Regulam, sed Vicarijs parerent. Quare propriis Pontifex Calixtus III. ut qua populi dissensionibus, & al-
 ternis sedijs, viam praecluderet, acceptis multis Conventualium: etiam -
 Hungariae: querelis, quod Observantes titulo Regularis vita domos
 illorum invaderent, aut a Principibus ablatas admitterent, rigoroso
 Cavito Edicto, ne deinceps quoquo modo id facerent, ediditque Literas
 Regimini Universalis Ecclesiae: datas Anno 1455. XI. Kal. Septem.
 Anno I. Vide apud Waelclingum No 49. ex libro 1^o Bullarii
 Calixti III. Quibus etiam inseruit alias Decessoris sui Nicolai V.
 id ipsum vetantes, quibus districtè prohibet: „ Ne per se, vel alium, aut
 alios quovis quasito Colore, vel ingenio de Cetero aliquam, aliquod, seu
 aliquem, Domum, Monasterium, seu Locum Fratrum Conventuali-
 um, aut Monialium praedictorum de novo Capere, nec retinere, seu
 de illo, vel illis intronittere quovomodo praedumant, alioquin in
 Contra facientes, ac inhibitionis hujusmodi Transgressores, eidque in
 praemissis quovomodolibet dantes Auxilium, Consilium, vel favorem pu-
 blice, vel occultè, directè, vel indirectè cujuscunque dignitatis fuerint, si-
 ve Ecclesiastica, sive mundana dignitate praefulgeant: Excommunicatio-
 nis, & in Domos transgressorum Fratrum: Observantium: Interdicti Ec-
 clesiastici Sententias tulit, ac promulgavit, ita quod praeter mortis articu-
 lum a nemine praeterquam Romano Pontifice absolvi queant: „ Statuit
 insuper: „ Illos, qui hanc Excommunicationem incurrerunt, tandem in
 Ecclesijs, & Ecclesiasticis locis Dominicis, & Festivis diebus, dum major
 imbi populi multitudo Convenerit ad divina, Excommunicatos publice
 nunciari, donec ab eadem Sententia Absolutionis beneficium merue-
 rint obtinere. Imò ut Episcopi Interdictum illud in Domos Fratrum
 Observantium: ut praemissum est: latum faciant, Strictius observari,
 quovisque per Sedem Apostolicam alias desuper fuerit ordinatum, Con-
 tradictores, & rebelles quoslibet per Censuram Compellendo &c:

Sub interminatio-
 ne Censurarum pro-
 hibet Pontifex Ob-
 servantibus, Domos
 Conventualium in-
 vadere, vel retinere.

XXXVII

Quinco jam permotus fuit Pontifex Calixtus III.
 ut Observantes Subjicere Coeperit Ministris Conventualium, ac propri-
 mis quidem in Provincia Burgundiae edita Bulla: Regimini Uni-
 versalis Ecclesiae. Ex Lib: 19. Bullarii Calixti Anno I. fol. 178.
 In qua ita loquitur: „ Quod Fratres de Observantia, seu de Bulla
 nuncupati, ab Obedientia Ministrorum exemptos fore, ac nonnullas
 Sectas, & divisiones ibidem inferre Coeperunt, Affirmantes se sub Obe-
 dientia, Cura, Visitatione, & Correctione Generalis, & Provincialis, ac
 aliorum Custodum Provinciae antedictae non fore, & non verentes in-
 ter Caetera etiam Coram Magnatibus adstruere, & affirmare reliquos
 ejusdem Ordinis Fratres: Conventuales: in Statu damnationis existere
 & plerisque Similia - - - Quare pro parte eorundem supplicatum
 fuit.

Pontifex Calixtus
III. Observantes
Conventuales
Subjicere incipit.

fuit. --- Nos igitur, qui --- Presentium tenore statuimus,
quod omnes, & singuli de Observantia predicta, eorumque Vicarii
--- sub Obedientia, Cura, Visitazione, & Correctione Generalis, &
Provincialis Ministorum, & Custodum --- legere, eisque subesse,
& ab eis regi, corrigi, & gubernari debeant, & teneantur --- sub vir-
tute S. Obedientie, ac Excommunicationis poena --- a qua prater
quam a Romano Pontifice, ac Generali, vel Provinciali Ministris,
Fratrum Conventualium: predictis, praterquam in mortis articulo
Constituti absolutiois beneficium nequeant obtinere, districtius inhi-
bemus; ne ipsi, vel eorum aliqui publice, vel occulte, directe, vel indi-
recte talia de cetero asserere, vel predicare, aut Populo, vel quibus-
vis Personis persuadere quovomodo praesumant, quominus eisdem
Ministris, Custodibus, & Prelatis Obedientiam, & Reverentiam ex-
hibeant Congruentem --- Non obstantibus Bullis Papae VIII. --- quam pie memoria Martini V. & Eugenii III.
In quibus inter alia statuit, decrevit, & ordinavit, quod Generalis Mini-
ster dicti Ordinis Vicario Fratrum de Observantia --- in ipsos
Fratres de Observantia omnem potestatem, & facultatem suam corri-
gendi videlicet, visitandi, reformandi, & alia tunc expressa faciendi ---
concedere, & totaliter committere deberet --- que omnia, ac singu-
la, ac si de Verbo ad verbum &c: Inrad Provinciam illam penitus re-
vocamus, cassamus, ac annullamus &c: Nulli ergo &c: Datum Ro-
mae 1455. Kalend. Septembris I.

XXXVIII. Ubi hujus Decreti Pontificii fama per Univer-
sam Observantium Familiam percrebuisset, Fratres Hungariae Ob-
servantes Cherienteses, metuentes idcirco, tanquam Statu sui cer-
to impedens extermium, Confugere ad suos Patrones Prelatos,
& Regni Barones actu in Comitiis Regni Budae congregatos, quos
etiam sibi impense faventes reperere, ut sequentes Literas ad ipsum
Summum Pontificem exaraverint, quas ex Regesto Capistrani apud
Waddingum hoc Anno N^o 65. exhibeo.

Observantes Hun-
gariae idcirco me-
tuentes, Patrocini-
um implorant Pro-
cerum.

Beatissimo Patri Calixto III. &c:
Beatissime Pater &c:

Differentiam quandam subortam intellegimus apud San-
ctitatem Vestram inter Fratres Conventuales, & Fratres de Obser-
vantia S. Francisci, in qua illi Conventuales contendunt, & expo-
stulant hos de Observantia suo, & suorum Ministorum Provincia,
lium

lium Regimini per Sanctam Apostolicam Sedem subjici, atque sub-
 mitti, quam quidem Sanctam Sedem Apostolicam licet in omnibus
 causis rectum iudicium habere, & justam Sententiam ferre non dubi-
 tamus; tamen non mirari non possumus, si illos Constitueret Magister
 Regulae S. Francisci, qui se in his praecipue nostris partibus, nun-
 quam ejus Observatores fuisse noverunt, quod profecto ideo dicimus;
 quoniam de Fratribus utriusque partis, & modo habendi se se ad alte-
 rum, quantum ad has partes Testimonium Sanctitati Vestrae perhi-
 bere poterimus. Recolinus namque cum adhuc ipsi Fratres de Ob-
 servantia pauca loca in hoc Regno, plura vero in partibus Bosnae
 habuissent, quod tam ista, quae in hoc Regno habebant, quam illa in
 partibus Bosnae existentia, sub Uno Vicariatu scilicet Bosnensi
 habebantur, & dum postea multiplicatis in partibus istis ipsorum
 Fratrum de Observantia locis, placuisset Sedi Apostolica ipsa loca ad
 duo Officia Vicariorum dividere, locisque in hoc Regno existentibus,
 proprium Praelatum, seu Vicarium designare, semper isti Fratres de
 Observantia a Praelato proprio, sive Vicario, alio videlicet ab illo, qui
 fuit Minister illorum Conventualium recti, & gubernati fieri, quem
 admodum etiam de presenti gubernantur; de fructibus vero eorum,
 & vita aliud dicere non possumus, nisi quod ipsi Fratres de Obser-
 vantia modestie student, vitam regulatam habent, praedicant Verbum
 Dei continue, adiutores sunt Curae Praelatorum, docentque verbo,
 & exemplo, ac ita se in omnibus exhibent, ut magnam ad se popu-
 li devotionem comparaverint, atque sine scandalo. Nobis credat in hoc
 Beatitudo vestra illis Conventualibus nullatenus subjicerent. Nos
 etiam quantum in Nobis est, salva Auctoritate Sedis Apostolicae,
 facilius omnes illos Conventuales de Regno ejici, quam istos de Ob-
 servantia subjici pateremur. Quamobrem Sanctitati Vestrae humiliter
 supplicamus, ut ipsos Fratres de Observantia, & totam ejus Familiam
 quos ipsa Virtutum, & laboris merita acceptos reddunt, Testimonio-
 nostro amplius habeat Commendatos; atque in hac causa ipsorum
 Fratrum ita se exhibeat, ut & scandala vitentur, & populi devotio
 in ipsorum consueto, & pacifico statu conquiescat, quorum sicuti
 nunc patrocinium suscipimus, ita defensionem opportunam sub
 bona Sanctitatis Vestrae confidentia, accurate prosequemur.
 Datum in Congregatione generali nostra Buda VI. Die Augusti
 Anno Domini 1755.

Proceres & Praelati
 ex ipsi Regni Con-
 titis scribunt Pontifi-
 ci, legi interpretantur
 ne Observantes Con-
 ventualibus subjici-
 antur.

Ejusdem Vra Sanctitatis Filii, Praelati, & Bannes
 Hungarici.

XXXIX. Mirandum prorsus non est, quod Proceres
 Regni altioribus Regni negotiis Occupati hanc Monachorum cau-
 Jam

sam assumperint; permagni enim tunc eorum intererat Fratres
Observantes tanta cum expressione protegere; a deplorabili enim
 Urbis Constantinopolitane excidio ab Anno nempe 1453. Nico-
 laus Papa V. Graecos Orientis Filios, licet pervicaces in erroribus, ac
 Schismate, salutaribus monitis in utriusque vite discrimine posi-
 tos, sepe monuerat, ac tandem capta Constantinopoli amare deple-
 rabat: hinc reparare damna, vel resarcire saltem, si restituere
 non posset, omni conatu sollicitè, & anxie procurabat, in hostes
 Crucifixi Turcas Crucem predicari iussit, ac Collectas Elemosy-
 narum in tota Christianitate fieri, nec deerant Praecones, Patres
 praesertim Observantes Duce Caphistrano, magni per Orbem No-
 minis, & exploratae Sanctitatis Viri. Ast sub hoc Pontifice sui
 Conatus isti interciderunt; Auditorum enim per Europam quaque
 versum animis odio invicem disidentibus, difficillimus erat au-
 ditus: licet enim de Jesu Christi honore imprimis restituendo
 causa esset, attamen non hanc primo, sed lippiens unus quisque,
 quae sua sunt querebat. Ita Melissanus à Macro adhuc An-
 num N^o 1. Electus deinde Calixtus III. & hoc Anno 1455.
 Palom. Maji Coronatus, votum vivit in hanc formam teste Marco
 par: 3. lib. 4. Cap. 25. apud Waddingum N^o 8. „Ego Calixtus
 Papa III. Promitto, & rogo Sanctissime Trinitati: Patri, Filio, &
 Spiritui sancto, DEI Demitrici semper Virgini, Sanctis Apostolis
 Petro & Paulo, totique Curiae Coelesti, quod etiam ad effusionem
 Sanguinis proprii, si opus fuerit, dabo operam, & adhibebo omnem
 diligentiam, quantum poterò juxta Consilium Venerabilium
 Fratrum meorum, pro recuperatione Civitatis Constantinopoli-
 tane, quae heu peccatis hominum exigentibus, nostris tempori-
 bus occupata, & eversa est per Jesu Christi Salvatoris nostri im-
 micum, Filium Diaboli Mahometum, & Turcorum Dominum,
 nec non ad Exaltationem Fidei Orthodoxae, pro liberatione elein-
 de Captivorum Christianorum ad exterminationem Diabolice-
 Sectae, reprobi, & perfidi Mahometi, in partibus Orientalibus,
 ubi maxime lumen fidei occubiit. Quod si oblitus fuero tui Jeru-
 salem, Oblivioni datur dextera mea, & adhaereat lingua faucibus
 meis, si non meminero tui, & si non proposuero Jerusalem in prin-
 cipio letitiae meae, sic me deus adjuvet, & haec sancta Evangelia.”
 Destinatis deinde in Galliam, Hungariam, & Orientem Legatis
 Primarijs S. R. E. Cardinalibus, Navalia s: quod antea manditum
 fuerat: Rome Constituit, Triemes ad Ripam Tiberis in Civita-
 te Lemina paravit, & armavit, Principes omnes ad Bellum hoc
 Sacrum convocavit, Praedicatores per totam Europam statim divi-
 sit, qui Christianam Gentem in Turcas excitarent, & ferendis
 Belli

Prosus mirandum
 non est, quod Regni
 Duceres adeo prote-
 gerint Observantes.

Belli sumptibus pecunias colligerent. Ita Wacdingus citatus
 No 9. Delecti sunt autem ad Pontificis Votum Predicatores, Crucia,
 tam predicaturi, ac Crucesignatos Coagmentaturi Milites, Sex e nume-
 ro Fratrum Observantium: Joannes Capistranensis, Jacobus de
 Marchia, Antonius Bitontinus, Marcus Bononiensis, Ludovicus
 Vincentius, & Joannes Fratensis. Idem Wacdingus No 76. Ubi
 felix hoc nuncium ad Aures pervenit Procerum Hungariae, quorum
 maxime intererat, quem pridem desponderant Animum: ardebat si-
 quidem Ucalegon, & Barbarus jam in metis Hungariae grassando fu-
 rebat: latii verum perierunt, & Capistranum antea concupitum effusis
 precibus, repetitis saepe votis, Communiibus & singulorum Literis, ut
 in Hungariam proficisceretur, in tanto Verum discrimine opem latu-
 rus, & dejectos Animos in spem meliorem suis Conciombus erecturus
 advocaverunt. Litera plurima eatenus apud saepe dictum Wacdin-
 gum No 9. legi possunt. Quare si Literas Procerum ex Comitibus
 Regni pro favore Observantium Hungariae datas, numero Superiore
 mox productas, earumque latum ruminem: Idem Capistranus
 Buda aderat, dum Literae illae Observantium Protectionales ad Pon-
 tificem expedirentur. Capistranus vero referente itidem Wacdingo ei-
 tato: Est ea, quae muneris Predicatorii, & Cruciatam Annunciantis
 essent, sedulo curaret, suorum tamen Observantium eorundemque pro-
 pagationis non obviscebatur. Hinc non mirum, quod Regnicolares
 in tantis Constituti angustis, magnamque progressus Verum suarum
 fiduciam in eodem Capistrano collocantes, Patrocinium Observantiu
 Hungariae tanta cum expressione: ne subjicerentur Conventualibus:
 suscepit. Illud tamen vix collaudandum, quod Conventuales tam
 atro notaverit Carbone, quasi Patrocinium, & laus sine prostitutione
 alterius partis assumi nequivisset, ac tam propere voluntaria obli-
 vione contumulaverint ea, quae pro Dei gloria, & Fidei Catholicae
 augmento, exaltationeque Patres horum Conventualium antea con-
 stanter, ac quidem sesqui Saeculo, & amplius ante adventum ho-
 rum Observantium exantlaverunt; atque hinc factum, ut dum pra-
 sentibus minime studerent: ita etiam fieri amant: Veteres evi-
 luerunt. Haec dolenter quidem, ast uti muneris mei est, sincere re-
 fero: ut eo amplius gratulari possimus, quod post tot eventus, & tan-
 ta Verum discrimina Patres nostri Conventuales tandem ad Obser-
vantiam amplectendam se se resolverint, resipuerintque.

Laus unius cum
 prostitutione alte-
 rius improbat.

XL. Illud fortasse his adicere supervacaneum non est, quod hoc
 tempore Patres Observantes Predicationem Cruciate obeundo, ac adlegan-
 do Cruce signatos Voluntarios Milites, Summa Christianis omnibus,
 ac praecipuis Hungariae emolumenta contulerint, Divus cum primis
 Capistranus

Capistranus, qui in hujus memoriam Cruce signatum Vexillum manu tenens effigiari Conseruit, qui etiam ad Taurinum cum Joanne Humiade magna Victoria cum suis Cruce signatis attulit momenta. Post deinde hæc ipsa Cruce signatorum congesta militia proletaria pessime vertit Regno Hungarie, Thomas equidem Bahács ab Erdöcl Cardinalis, & Archi-Episcopus Strigoniensis Regnante Vladislao II. Rege Hungarie, dum ab Electione Leonis X. reverteretur, amplissimum attulerat Indulgentiarum thesaurum pro iis, qui pro Recuperanda Terra Sancta nomen dederint; Confluxerat illic haud exiguus plebeculæ numerus, hominum Cetera ad tractanda Arma habilium, qui Cruciatum, seu Cruce signati appellabantur. Credebat Cardinalis suos pios Conatus, uti olim S. Capistrani elate optato effectu haud Carituros, Ipe tamen sua delusus est, dum Cruciatum hi Anno 1514. in campo re quodam Deorgio Dosa Transylvano, Arma verterunt in suos dominos Regni Gobiles, quosque Joannes Zapolya opportunè accurrens agrè tandem repressit, ac dissipavit, atque ab his seditiosis Cruciatum probabilius adhesit nomen Curuzorum iis omnibus, qui sequentibus seculis quoque modo Contra Regni Statum, aut Regis Personam insurrexerunt. Labantini vero Cognominati sunt, qui hominum fideiitate quadam quasi Catena retenti fuerunt, ne se Curuzombus, id est rebellibus associarent, quod ipsa ratio nominis apud Hungaros explicatius innuit, cum Labancz idem videtur per Contractionem, quod Laban-Cantz, seu Catenatus pedibus, ne effrenes se, qui velit seditiosos, & perduelles. Ita Ambrosowski in Compendiosa Hungarie Chronologia pag. 119. ¶

Cruce signati & Cruciatum nomen, Arma verterunt in legitimos suos dominos.

Anno 1458.

XII. Patres Observantes Hungarie Chorienses Anno 1458. melius, salubriusque fore rati, impetraverunt a Pontifice Calisto III. exemptionem a suis Generalibus Vicariis, quorum Regimini pertasi fuerant, ac ut soli Ministro Generali, qui ad Annum usque 1517. ex Conventualibus: postquam nomen istud invaluit, Constantiter assumptus fuerat, subessent, obtinuerunt per Bullam Regimini Universalis Ecclesie. Datam Anno hocce 1458. Id. Kal. Junij. Causas & Rationes, qui volet scrutari, Videat ex Libro Dularii fol. 507. Apud Waddingum, que ego, ne Censuræ Patrum Observantium, hoc seculo tantopere illustrium Splendori umbram offundere, Consulto pratero. Verum ut Sanctulorum, aut potius ex proposito Scrupulosorum ingenia, crebro nutantia, iterum Anno 1472. miserunt suos ad suorum Observantium Capitulum Aquilanum, qui rogarent ad Unionem & Regimen Observantie denuo admitti, ut iterum excutere liceret Ministri Generalis Conventualium Regimen, sed nihil profecerunt apud suos,

Versatilis in doles PP. Observantium.

† Circa haec tempora Patres hujus olim Provinciae nostrae
zelum suum in Conversione animarum, intra Angustos Hun-
gariae limites Concludi non sinebant, atque ideo Certo Numore
persvasi, Hungaros suos olim Conterraneos, & Contribules,
illosque caeca Pentilitatis Superstitione involutos, in Scythia ad-
huc Superese, penetravere in Regionem illam Sanctum Jesu Chri-
Evangelium popularibus olim suis Annunciaturi. Rem gestam,
Mag: Joannes de Turcoz in Chronicis Hungarorum Cap. 9. ita
memoria prodidit: „ Pius etiam Romanus Pontifex in suis vi-
torum Humos Meotide Palude transmissa, in Europam migras-
se, omnemque Barbariam inter Tancum, & Danubium occupas-
se, traxit. Et rursus idem dicit: se hominem Veronam ortum,
qui hoc nostro Avo s: Circa Annum 1464. Schythicas lustras-
set partes, allocutum fuisse, illumque sibi affirmasse: quod in
Asiatica Scythia, ad ortum Tancum Anni, homines ejusdem-
linguae cum Hungaris, Pamomiam incolentibus, invenisset, tan-
demque rediens cum plerisque Sacrae Paginae Professoribus Viris
Religiosis

Religiosis de Ordine S. Francisci, qui linguam illorum no-
visent, illac proficisci, & Sanctum Christi Evangelium s. Cum
Idololatriæ essent dediti, & prædicare voluissent, sed Dominus
de Mozqua, qui Græca perfidia subelitus est, Asiaticos Hun-
garos Romanae Coniungi Ecclesie, ac Sacris imbui Ritibus -
agere ferens, ipsos illac transire prohibuisset. Hucusque lau-
datus Mag. Ioannes de Turoc. Et quamquam hoc tempore
jam in Hungaria adfuerint etiam PP. Cherienses æque de
Ordine S. Francisci, ^{PP. Proe. Salvatoriana Majori} de his tamen intelligi nequit pia ista
peregrinatio, ad Convertendos infideles suscepta. Patres equi-
dem Observantes titulum s. & ne forte etiam Rem. Sacre Pagi-
ne Professorum, ut Superbum, suæque præterse humilitati
minus congruum. Aversabantur Constantiter. Quare ex nostra
adhuc eo tempore Conventualium Provincia dictos Viros Re-
ligiosos, qui linguam ipsorum, novissent, Sacre Pagine
Professores fuisse oportet.

suos, Objecto eis Diplomate Pontificio s: quo se se antea per Citatam Bullam exegerant: exosa libertatis propugnaculo, ab eis dolose obtento. Ita Waddingus ad hos Annos. Atque adeo Quadringenta Annis amplius hi Patres Hungaria Observantes Cherienses Ministro Generali Ordinis nostri una nobiscum parebant sed rursus pro sua Persalibi indele Anno 1502. ^{excussa} ~~ex causa~~ Ministri Generalis Obedientia, Vicarii Generalis Observantium immediato gubernio se subjecere. Ita P. Urbanus Fricbrich Chronologus Provinciae Salvatorianae. Constituti porro antea Annis 42. sub Ministri Generalis immediato Regimine, ipsi etiam recognoverunt, ac facto suo docuerunt, inique lacepsitos, & prostitutos fuisse Patres nostros per Literas supra allatas ex Comitibus Regni Budae Anno 1455. celebratis Pontifici Calixto III. transmissas, si enim uti in iisdem Literis continebatur: Conventuales Regulae Observatores non fuerint, Cur Ministri Generalis, &que Conventualis Obedientiae, repudialis suis Vicariis Generalibus se submisere? An forte soli Hungariae Conventuales Regulam non observaverint? Ut tanlopere gubernium Ministrorum Provincialium exhorruerint, ac ~~fuerint~~ aversali fuerint.

XLII. Hoc Anno 1467. Teste Waddingo adhuc Annus, Anno 1467. rogante Viro Nobili Michaeli Orzag Comite Palatino, sub Mathia Primo Rege Hungariae Dominus Fratrum Minorum Conventualium, seu Provinciae hujus nostrae ante paucos Annos per Heroem Frankonem, uti Anno 1452. dictum est, restaurata in Oppido Zechen Strigoniensis Dioecesis, ab eisdem Patribus nostris ^{abrepta} ~~recepta~~, data fuit Pontifici facultate Fratribus Observantibus Cheriensibus, promittente dicto Comite reparanda Dominus expensas. Ita Citatus Waddingus p. 31. Cum Porro ante Annos quindecim s: ut vidimus: hic Conventus per Heroem Frankonem restauratus fuerit non alia de causa hoc publice pacis in Hungaria tempore reparari debuit quam incendio fortasse desolata; est quod pro Observantibus per Patronum Palatinum restaurari promptius potuerit, non aliam reor subesse causam, quam quod hi s: uti Authentice in sequentibus comprobabitur, pensum Annuum a primario Fundatore constitutum, incumbens Successori proprietario, qui hoc tempore Regni Palatinus fuerat, remiserint, ac sine annua fundationis persolutione se satisfacturos oneribus sponderint; Sed de hoc postea enucleatius.

Conventus de Zechen traditur Cheriensibus.

XLIII. Quod hunc Zechimensem Conventum post ejusdem Reparationis Annos quindecim, Patribus Cheriensibus cedere coacta fuerit Provincia nostra, Archivi nostri Monumenta pariter indicant. Reperi vero alia inter ejusdem Chartophylaciae vetustum Instrumentum

mentum authenticum, ipsum nempe Originale appellationis eate-
 nus ad Sedem Apostolicam interposita, ex quo manifestè apparet:
 Waelclingum nostrum sinistrè informatum alibi scripsisse, quod a no-
 stris Patribus suprafatus Conventus Zechemiensis, derelictus fuerit.
 Sole etiam clariùs patet: quam fraudulentè extorta fuerit per Ma-
 gnificum Hungaria Palatinum Michaelè Orzag de Puth, Bul-
 la Pauli II. Cujus virtute dictus Conventus, nobis ereptus fuit;
 Pontifex enim in Bulla ipsa: Pius Fidelium Votis: data Anno
 1466. IV. Jonas Januar. Pontificatus sui Anno III. Ita loqui-
 tur: „ Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Dilecti Filii Nobilis
 Viri Michaelis Orzag Comitis Palatini petitio continebat, quod
 Domus Fratrum Minorum Oppidii Zechemy, seu Zecsény Strig.
 Diocesis ab eisdem Fratribus Conventualibus nuncupatis, qui illum
 inhabitare consueverant, destituta existit, & quod eorundem Fra-
 trum incuria locus ille pene desolatus, ac destructus esse dignosci-
 tur. „ Ita Chronologia Provincie Salvatoriane fol. 120. Tenor in-
 terposita Appellationis est sequens:

In Nomine Domini Amen.

Anno Nativitatis Eiusdem 1468. Indictione Prima, die
 vero 8.^{va} Mensis Maji Hora Tertiarum, vel quasi, ante Forem por-
 te Castri Strigoniensis, Pontificatus siquidem SS^{mi} in Christo
 Patris, & Domini nostri, Domini Pauli Divina providentia Pa-
 pa Secundi Anno Quarto, Coram Venerabili, ac Egregio Viro Do-
 mino Ladislao Decretorum Doctore, Preposito Ecclesie S. Tho-
 ma Martyris de Promontorio, & Canonico Strigoniensi Ecclesia-
 rum, nec non prout dicebatur, in causa, & negotio infra scripto:
 Iudice sub-delegato, me Notario, & Testibus infra scriptis, ibidem
 adstantibus, presente etiam ibidem ex adverso Circumspecto An-
 tonio de Milletintz se Procuratorem in negotio infra scripto partem
 adversantium dicente. Exponit Rel: Fr. Georgius Ordinis Fra-
 trum Minorum Guardianus Claustrum B. Mariae Virginis de Se-
 gusel Diocesis Vespirmiensis Procurator, & nomine Procuratorio Re-
 verendi, & Religiosorum Fratrum Fabiani de Igal Provincialis Mi-
 nistri in Provincia Hungaria, ac aliorum Fratrum dicti Ordinis
 Conventualium in eadem Provincia existentium, animo & inten-
 tione provocandi, & appellandi ad prefatum Sanctissimum Domi-
 num nostrum, Dominum Paulum Papam, ac ejus Sacram Se-
 dem Apostolicam, habens & tenens in manibus quandam
 appellationis Cedula[m] appellationem infra scriptam continente[m],
 cujus formam, & tenorem ibidem dicto Domino Iudici summarie
 verbo notificavit, ac Apostolos petiit, & protestatus existit, ut in
 eadem

Vetusta Appellatio
 Patrum nostrorum
 confundit Historicos.

Appellatio inter-
 ponitur Strigoni.

eadem appellatione continetur, quam tandem mihi Notario infra scripto assignavit, Cujus tenor is est.

Cum Appellationis remedium in subsidium
& relevationem injuste oppressorum a S. Patribus, & Sacris Canonibus sit institutum, ut ejus presidio minus justè gravati releventur, & Auxilio tueantur. Hinc est, quod Coram Vobis Venerabili, & Egregio Viro Domino Ladislao Decretorum Doctore, Proposito S. Thomae Martyris de Promontorio, & Canonico Strigoniensi Ecclesiarum, nec non per Reverendissimum in Christo Patrem, & Dominum Joannem Miericordia Divina Archiepiscopum Strigoniensem, Locique Eiusdem Comitem Perpetuum, Primatem Hungariae, & Apostolicæ Sedis Legatum natum, atque à Sede Apostolica Judicem Commissarium in Causa, & Causis, ac partibus infra scriptis Judice Subdelegato, Teque Notario publico, ac Testibus hic presentibus & adstantibus. Ego Fr. Georgius Ordinis Fratrum Minorum Prædicatorum Claustrum B. Mariae Virginis de Segus Dioecesis Vespertinensis in Persona, & Nomine Procuratorio Reverendi Patris Fabiani de Gal Provincialis Ministri in Provincia Hungariae, ac aliorum dicti Ordinis Fratrum Minorum Conventualium Nuncupatorum, in dicta Provincia degentium, animo & intentione provocandi, & appellandi ad sanctissimum in Christo Patrem, & Dominum nostrum, Dominum Paulum Divina providentia Papam secundum, ac ejus Sacram Sedem Apostolicam prædictam, dico: protestor, & Communi quere, la propono: quod cum nuper præfatus Minister, ac alii Fratres Conventuales, qui de Claustro B. Mariae Virginis in Oppido Récheny Dioecesis Strigoniensis eisdem Fratribus fundato, quod ipsi à tempore fundationis habuerunt, & inhabitaverunt, satis ignominiosè, & opprobriosè, non etiam sine manuum violentarum injectione expulsi, & ejecti, ipsoque Claustro, ac rebus Ecclesie eorumdem contra Deum, & ejus justitiam privati, & spoliati fuissent, iidem Minister, & alii Fratres Conventuales injuriati, Literas Apostolicas ad Reverendissimum Archiepiscopum Strigoniensem, ac Archiepiscopum quinque Ecclesiensem eorumdem hominibus non expressis, in forma debita alternative cum illa clausula: Vos, vel alter vestrum obtinuerint, præfatus Dominus Reverendissimus Joannes Archiepiscopus Arduus hujus Regni negotiis occupatus, Negotium & Causam hujusmodi juxta formam Literarum Apostolicarum prædictarum audiendi, & sine debito terminandi, Vobis Domino Ladislao Insuper dicto subdelegavit. Quarum quidem Literarum Apostolicarum, & dicti Domini Archiepiscopi prætextu, prænominati: Minister, & alii Fratres, Michaëlem Orzagh, Palatinum dicti Regni Hungariae, ac Joannem

Expromuntur violentie perpetratae.

Joannem Filium ejusdem, nec non alterum Joannem de Caposprew
 prefate Strigoniensis Diocesis tanquam expulsos, Spoliatores & alia
 Violentias in dictos Fratres committentes, & fieri facientes. Item Re-
 ligiosos Fratres Joannem Abbatem de Thereske, Ordinis S. Benedi-
 cti, ac Albertum Praepositum de Bozok Ordinis Pramonstratensium,
 qui se Iudices a Sede Apostolica deputatos asperabant, atque contra
 eosdem Fratres praedictum Claustrum inhabitantes, eis non vocatis,
 saltem legitime, Censuras Ecclesiasticas sine omni juris Ordine, & abs-
 que debito processu fulminarant, & insuper dictis Spoliatoribus, & ex-
 pulsoribus causam propriam facientes adhererunt. Item Religio-
 sos Fratres Valentinum Vicarium in Regno Hungariae, Clementem
 Custodem, Gregorium Pvardianum Strigoniensem, ac quemdam Fra-
 trem Joannem de Vap-Var, se Pvardianum de dicto Zechen nomi-
 nantem, similiter Ordinis Fratrum Minorum de Observantia nun-
 cupatos, qui contra inhibitiones Apostolicas, ac dictorum Fra-
 trum Ministri, ac Conventualium inhibitiones, ac contradictiones
 dictum Claustrum B. Virginis de dicto Zechen post expulsionem
 antedictorum Fratrum Conventualium intrarunt & occuparunt. De-
 stram Domine Ladislave Praeposite, Iudex Subdelegatus traxerunt
 in causam, in qua quidem causa prout debebatis ad ulteriora pro-
 cedere, noluitis, sed eandem ad Literas Serenissimi Principis Do-
 mini Mathiae Dei Pratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae &c. Re-
 gis, per quas idem Dominus Rex sine omni rationabili causa
 mandabat causam ipsam ad tricesimum secundum diem descen-
 sus Exercitus sui contra Haereticos Bohemos moti, prorogari.
 Item etiam Mandatum praetacti Domini Archiepiscopi Strigoni-
 ensis superinde verbo vobis intimatum quarta die Mensis Maji
 ad huiusmodi tricesimum secundum diem descensus ipsius Exerci-
 tus longum scilicet, & incertum terminum distulistis, & proroga-
 stis, absque causa legitima. Cum tamen prefati Joannes Filius Pa-
 latini, alter Joannes de Caposprew, nec non Joannes Abbas, Al-
 bertus Praepositus, ac dicti Vicarius, Custos, & Pvardiani Domi sunt,
 & in Exercitu non occupantur. Unus ego Procurator, qui & quorum
 supra nominibus sentiens in praemissis me, & partes meas nimium
 gravari, timensque in futurum saltem, per talia, seu similia man-
 data, sine ratione facta, plus gravari, ideo tam ex eo, quod Vos Dne
 Iudex Subdelegatus in causa praemissa ut deberetis, non proceditis,
 tam etiam ex eo, quod vobis procedi non permittitur ad ulteriora,
 ac aliis gravaminibus omnibus, simul cum toto negotio principali
 ad prefatum Sanctissimum in Christo Patrem, & Dominum nostrum,
 Dominum Paulum Papam secundum, ejusque Sacram Sedem
 Apostolicam prefatum in his scriptis provooco, & appello Aposto-
 los,

Quod peto primo, Secundo, tertio, & Ultimo Contextu Verborum Instantor, instantius, & instantissime, vel Saltem a te Notario publico Literas Testimoniales, subjiciens me, & dictos: Ministrum, ac Fratres Conventuales, eorumque jura, & negotia hujusmodi tuitiori, protectioni, & defensioni, dicti Sanctissimi Domini Papae, & Suae Sedis Apostolicae, & protestor, quod hac Appellatione procedente, nihil per quempiam, seu attentandi, seu innovandi, salvo jure adclendi, minuendi, mutandi, & corrigendi, emendandi, aliam, vel alias appellaciones, seu appellationem de novo dandi, & efficiendi. Post cujus quidem Appellationis interpositionem, ac Apostolorum petitionem praetactus Antonius Procurator, ut praefertur, partium Adversarum tibi Copiam hujusmodi Appellationis per praetactum Dominum Iudicem dari petiit, cui hujusmodi Copiam idem Dominus Ladislavus Praepositus, Iudex subdelegatus dari Commisit, & nihilominus supra dicto Fratri Georgio, nominibus, quibus supra appellanti, & Apostolos petenti Respondit: quod quia Magnificus Dominus Michael Orszagh Regni Hungariae Palatinus in praeserta appellatione nominatus, qui esset principalior causa, & occasio, ac etiam descriptor praesentis litis, pronunc quemadmodum in mandato, & Literis Regis superinde, ad prorogandam causam praedictam, praenotatis contineretur, cum Serenissimo Principe, & Domino Domino Mathia Dei Gratia Rege Hungariae &c: in Exercitu nunc etiam de Mandato dicti Sanctissimi Domini nostri Papae pro Fidei Catholicae dilataatione, & Catholicorum defensione contra Bohemos Haereticos instaurato, occuparentur, ob hocque ipse prorogationem ipsam non a se ipso, sed ad Mandata tibi superinde facta fecisset, neque Continentia Cause dividi debere videretur, propter quod non appareret sibi, memoratos Fratres Appellationem gravasse, vel gravatos esse in praemissis, ob idque Appellationi praedictae non debere deferri, & non deferret, neque detulit. Hanc suam responsionem pro Apostolis refutatorijs dando, super quibus omnibus, & singulis praetactus Fr. Georgius cum Notario protestatus fuit, & petiit sibi superinde Unum, vel plura, publicum, seu publica, Instrumentum, seu Instrumenta Confici. Acta sunt hac & facta Anno supra dicto, die, Mense, Loco, & Provincia quibus supra. Praesentibus ibidem Honorabilibus & Discretis Domino Emerico Archi-Diacono Sap-Variensi, & Magistro Georgio de Archi-Canonice Ecclesiae Strigoniensis, Antonio Presbytero Capellano dicti Domini Ladislai Praepositi, multisque aliis Testibus fide dignis ad praemissa requisitis, & rogatis.

Appellans obtinet Apostolos refutatorios.

Et Ego Thomas Joannes de Iba-Falva. Quinqve-Ecclesien, Sive Diocesis publicus Imperiali Authority Notarius, quia praedictis

dictis Appellationi, Interpositioni, Apostolorum petitioni, Pro-
testationi, Decreto, & Responsioni, omnibusque aliis premissis, dum-
tic, ut pramittitur, fierent, & agerentur, una cum prenomminatis Te-
stibus interfui, eaque omnia, & singula sic fieri vidi, & audiui: ideo
hoc presens Instrumentum per alium, me in alijs occupato, fide-
liter scriptum, exinde confeci, & in hanc formam redegi, signoque,
& nomine meis solitis, & consuetis consignavi, & roboravi, in fidem
& Testimonium omnium & singulorum premisorum requisitus, & rogatus.

XLIV. Ex premissis porro abunde liquet, quam sinistra-
tum Waelchingus, tum etiam Pontifex Paulus II. praevis per di-
ctum Comitem Palatinum informatus fuerit; patet enim Conven-
tum hunc nec destitutum Fratribus, nec desolatum, nec destructum
penitus fuisse; non equidem potest conventus ille Fratribus de-
stitutus dici; e quo scilicet: ut in appellatione praefata dicitur: ignomi-
niose, & opprobriose, non etiam sine manuum violentarum inju-
ctioe expelluntur, & ejiciuntur, ipsaque Claustro, ac rebus Ec-
clesiae eorundem contra Deum, & ejus justitiam privantur, &
spoliantur. Patet insuper, quam inique proceperint: gratiam
utique Palatini captantes: Abbas Monasterii Derecke, & Prae-
positus Ecclesiae de Bozok, ad quos Bulla Pauli II. jam tu-
perius insinuata, piis Fideleum votis directa fuit. Uti verba
sunt Bullae ejusdem. — — —

Nos igitur certam notitiam non habentes discretioni ve-
stre per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel alter
vestrum, si & postquam vocatis, qui fuerint evocandi, de premissis
vobis legitime constiterit, eidem Comiti domus, & officinas & c.
reparandi, & eidem Fratribus de Observantia nuncupatis, illam
pro eorum habitatione recipiendi, & perpetuo inhabitandi Autho-
ritate nostra concedatis & c. Inique inquam dicti Abbas, & Prae-
positus proceperunt; nam uti ex praemissa Appellationis for-
mula liquet, contra eosdem Patres nostros Conventuales, eis
non vocatis saltem legitime, Censuras Ecclesiasticas sine om-
ni juris Ordine, & absque debito Ordine fulminarunt & insu-
per dictis Spoliatoribus, & expulsoribus Michaeli Orszagh
Palatino, ac Joanni Filio ejusdem, nec non alteri Joanni de
Lapostrew causam propriam facientes, adhererunt. Hanc
vero Expostulationem per Appellantem propositam ipse Index
subdelegatus Laclislaus Praepositus in suo Responso Veritate
niti Confessus fuit, dum praedicto Authentico Testimonio in-
seri fecit sequentia. Quia Magnificus Dominus Michael —
Orszagh nominatus, qui esset principalior causa, ac occasio — — —
presentis

Ostenditur sinistra
informatio Palati-
ni, modusque pro-
cedendi Abbatis, &
Praepositi delegati.

presentis litis, Ita nempe potentes potenter argunt, ac in gratiam potentium: uti hacce in causa ab Abbate, & Praeposito: justitia sepe venalis efficitur. Cum vero ad relatam appellationem etiam ipse Index subdelegatus, Apostolos dumtaxat refutatorios dederit: Quis aude, at Palatinum Regni lacebere: Videntes Patres nostri, se prosecutione cause sue nihil profecturos, imo ulteriorem incursuros offensam, destiterunt, ac juxta monitum Seraphici Patris: Ubicunque non fuerint recepti, fugiant in aliam terram, ad faciendum ibi poenitentiam cum Benedictione Dei. In alios porro hujus Provinciae residuos Conventus, qui adhuc justo numero superfuerant se abdididerunt.

XLV. In Hungaria Regno, ita scribit Waddingus ad hunc Annum 1472. N^o 104. Integras Pentas Filiestros nuncupatas: sen Sazyges, & Cumanos: Fratres Minores ad fidem perduxerunt Christianam. Vide haec Collectanea ad Annum 1348. N^o 32. & ad Annum 1399. N^o 46. Illi ut suae Religionis Rectores haberent apud se, Coenobium aedificarunt in Oppido Bareno s: Bereny sen Jasz-Bereny: Agriensis Diocesis, sub Invocatione S. Mariae: Intercedentibus hoc Anno Mathia Rege, Fr^e Fabiano de Igal Ministro hujus nostre Provinciae Hungariae, & Fr^e Gregorio de Karnast, Pontifex jam Sixtus IV. licentiam impertivit illud acceptandi. Sacrae Religionis XV. Kal. Junii. Bullam per extensum legere juvat. ex Lib. 6. Bullarii Sixti fol. 213.

Anno 1472

Obtinet Provincia nostra Conventum in Bereny ad Interventionem Regis Mathiae.

Dilectis Filiis Fabiano de Igal Ministro Provinciali totius Regni Hungariae, & Gregorio de Karnast, Ordinis Fratrum Minorum Professoribus.

Sacrae Religionis &c: Sane pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod Charissimus in Christo Filius noster Mathias Rex Hungariae Illustris pie Considerans: quod Vos vestris Praedicationibus, & bonis operibus mediante Gratia Altissimi Certas Pentas, Filiestros nuncupatas: Sazyges & Cumanos: in Regno Hungariae cohabitantes, & a fide Catholica alienas, ad Gremium Sanctae Romanae Ecclesiae, & ad Cognitionem verae fidei perduxeratis, praefatus Rex Filiestris praedictis, super hoc sibi supplicantibus, quod Unam Ecclesiam in Oppido de Bereny Agriensis Diocesis, cum Domo, Cameterio, Dormitorio, Claudio, Campana, Campanili, hortis hortabilibus, ac aliis necessariis officinis pro usu, & habitatione tam vestra, quam aliorum Fratrum dicti Ordinis aedificare possent. Quare pro parte tam dicti Regis, quam vestra nobis fuit humiliter supplicatum &c.

Bulla Pontificia de super edita.

Ios

Nos igitur prefati Regis, ac Vestris in hac parte Supplicationibus inclinatis, quod Domum predictam recipere, & una cum aliis Fratribus dicti Ordinis perpetuo Cohabitare libere, & licite valeatis licentiam Concedimus. &c.

Certum & exploratum est, hunc P. Fabianum de Igal hujus nostre Provinciae, nunc S. Mariae, hoc vero tempore Fratrum Minorum Conventualium, jam Reformatorum ad distinctionem P.P. Observantium Cheriensium Ministrum fuisse, ac proinde nostrorum Antecessores fuisse, qui has integras Pentas Filiestros: alii in Chronico Hungariae nuncupant Philistheos: potissimum vero, uti etiam hoc tempore vocantur, Iazyges, & iis conjunctos, jure hujus Regni nostri municipali Cumanos, olim a Fide Catholica alienos, testimonio etiam Mathie Regis Corvini ad Fidem Orthodoxam Convertos, praedicatione nimirum, & bonis Operibus Patrum, & Antecessorum nostrorum, uti etiam in praesentiarum hocce Oppidum Iazygum Berem Princeps est harum Pentium, Iazygum nempe & Cumanorum, jure Regni, non Comitatus cujuspiam membra, sed distincto suo Instituto Regi peculiariter devinctorum. Ex hac porro Regis Mathie Corvini Commendatione, literisque hujus Pontificis Sixti IV. manifeste erui valet, quantum a veritate aliena fuerint Literae Praeceptorum Regni, Budae ex Comitatu Regni Anno 1455: ut jam videtur etiam Calixto III. Pontifici exaratae, aut potius ab emulis suggestae.

XLVI. Sixtus IV. Pontifex erecta mente perpendens Ordinem S. Francisci his divisionibus sectis, & scissuris, ac in eadem sectis mutuis ejusdem Membrorum discidiis, extreme Conculsi, Cogitavit hoc tempore per universum Orbem revocare Constitutionem Eugemianam, & si quas alias Exemptiones, & Libero Regimini Observantium favorabiles, eosque subicere omnimode jurisdictioni Ministri Generalis, & Provincialium, seu Conventualium. Ut vero firmiter perseveraret hoc Constitutum, Coegit Cardinalium Consistorium, post quorum Suffragia voluit audire, quae Fr. Marcus Bononiensis Observantium Vicarius Generalis pro sui Status defensione, & peculiariter illo gubernio a Conventualibus independente, ultro nec retinendo, potuit allegare. Multa ille dixit, ut Pontificem a proposito dimoveret sed cum frustra se laborasse perspiceret, extractam e manica S. Francisci Regulam in medium projecit, elevatisque in Coelum oculis, alta voce, magnaque fervore dixit. „In igitur Sanctissime Pater Francisce tua Regula Observantiam defende.“ Statimque e Conspectu recessit. Hominis sermone, praesumptuosoque facto Comotus Pontifex, rei Conclusionem in aliud tempus protraxit. Interim Marcus Bononiensis jussit per omnes sui Instituti Conventus

Nostri olim Fratres hanc Pentem Converterunt ad Fidem Catholicam.

Pontifex Observantium Conventualibus subdere decernit, - aut illi patrocinio Principum Conalumpi Papa frustrant.

Orationes & Supplicationes fieri, & per Provinciarum Vicarios implorari Regum, & Principum Auxilia. Mirum quanta promptitudine omnium ferme Literae in Urbem convolarunt, Omnes Pontifices precabantur, ne Religiosum, omnibusque gratum Observantiae Statu Concuteret; Literae omnes Pontifici in Patina oblatae, & deinde lectae, eatenus admiratione affecerunt Pontificem: ut commotus dixerit: „ Ego putavi rem mihi esse cum mendicis & pediculosij Fratribus, non cum Universis Principibus. „ Aderat tunc Philippus Cardinalis Bononiensis, qui turbatum, mirantemque videns Pontificem: „ Cave inquit: Beatissime Pater! ne gentem hanc affligas, adeo per Orbem crevit Christianum, eamque apud omnes Principes nacta est Opinionem, ut si quid magnum in se moliri velit, possit, Consultius puto; permitti, ut suis legibus vivat, & amplioribus gratijs excitari debere, ut quod praeat multiplex Sedi Apostolica obsequium, libentius prosequatur. „ Quievit Sixtus, motosque composuit fluctus, ast Marco Bononiensi infestus esse perstitit, quod tam audacter locutus, ausus sit etiam Contra eum Principes Concitare; eum porro ubique, ut temeritatis suae poenas lueret, Conquiri jussit ast quominus in Pontificis manus incidere, sui eum occubuerunt. Ita Mariana Lib. 5. Marcus 3. par. Lib. 5. Cap. 55.

XLVII. Invenitur in Archivo Provinciae Instrumentum Authentice, Anno 1473. Exemplar nempe transumptum Anno 1473. Nonnullarum Apostolicarum Literarum, quae tametsi proluxa sint, Superfluae tamen reputari non debent, cum ad Veterum temporum, hanc Provinciam Nostram Concernentium notitiam multum per omnem modum conferre videantur, suntque tenoris Sequentis.

In Nomine Domini Amen.

Universis & Singulis hoc praesens Instrumentum publicum, seu Transumptum inspecturis pateat evidenter, quod de Anno Domini 1473. Indictione VI. Feria VI. quae fuit vicesima tertia Mensis Aprilis hora decima, vel quasi, sub summo officio in Ecclesia S. Martini, alias S. Salvadoris in Civitate Posoniensi, Strigoniensis Diocesis fundata, ante locum Capitularem, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris Domini Nostri Domini Sixti, Divina Providentia Pape Quarti Anno ejus Secundo, in praesentia mei Notarii publici subscripti, testiumque infra scriptorum, ad hoc specialiter vocatorum, atque rogatorum, praesentia personaliter constituti, Devoti ac Religiosi Fratres Joannes de Posonio, tunc temporis Vice-Pardianus, & Nicolaus de Sabaria, in persona Venerabilis, ac Religiosi Fratris Ludovici Custodis Custodie Laurinensis, ac totius Conventus

Transumptum Posoniense.

Conventus Monasterii B. Marice Virginis Ordinis S. Francisci
 in prefata Civitate Posoniensi fundati, de quo Mandato mihi sufficien-
 ter constat, quoddam Literas Transumptionales Ruchi Domini Ladis-
 lai de Heder-Vara Dei, & Apostolicae Sedis Pratia Episcopi Ecclesie
 Agriensis, in se quoddam Literas Summorum Pontificum Continentes,
 sigillo suo ab extra in cera alba, & ab intus in cera rubea impresso, in
 Cordula Sericea Rubri & Viridis Coloris in pendentem, ut moris est, sigil-
 latis, in cuius sigilli medio est sculptus Crucifixus Domini nostri sal-
 vatoris, sanas & integras, non vitiatas, non cancellatas, non abrasas,
 nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspi-
 cione carentes, exhibuerunt, & mihi Notario publico presentaverunt
 requirentes me: ut easdem Literas in publicam formam, uberiorem
 ipsorum, ac totius prefati Monasterii ad cautelam redigerem,
 ac de verbo ad verbum transumerem, ac Exemplari nihil addendo,
 vel minuendo, ut fides tam in iudicio, quam extra adhiberetur.
 Quarum quidem Literarum tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis.

Nos Ladislaus de Heder-Vara Dei & Apo-
 stolice Sedis Pratia Episcopus Ecclesie Agriensis.

Memorie commendamus, tenore Presentium signi-
 ficantes, quibus expedit Universis, quod Venerabilis, ac Religiosus
 Frater Benedictus de Strigonia Custos Fratrum Minorum Ordinis
 S. Francisci Confessoris, Custodia Agriensis, in nostram personali-
 ter veniens presentiam, exhibuit, & presentavit Nobis quoddam-
 qualvor Literas Sanctissimorum Patrum Feliciū Recordationum
 Summorum Pontificum Romanorum, sub eorum veris Bullis plum-
 beis, more Romanae Curiae in pendentem patentem emanatas, sanas
 & integras, ac omni prorsus suspitione carentes. Unam videlicet:
 quondam Domini Innocentii Papa VI. Quorundam Articulo-
 rum circa Penitentiae Sacramentum errantium reprobatorias.
 Aliam quondam Domini Bonifacii Papa IX. Quorundam Li-
 terarum Alexandri Papa IV. & Gregorii XI. Suorum Predecess-
 sorum innovatorias. Tertiam quondam Domini Martini
 Papa V. Super libera electione Sepultura, & tumulationis Corpo-
 rum fidelium in domibus Fratrum Minorum fiendis; Et Quar-
 tam olim Domini Nicolai Papa V. Similiter super libera Sepul-
 tura, Missis extra domum Fratrum ipsorum per eos liberè cele-
 brandis, Eleemosinis petendis, Confessionibus Audiendis, & pulsa-
 tione ad horas Canonicas diurnas pariter & nocturnas, ipsi Ordi-
 ni Fratrum Minorum, & Fratribus ejusdem Ordinis gratiose dabatis,
 & concessas, petens Nos: Idem Fr. Benedictus Custos, ut que
 propter

Transumptum
 Agriense.

propter importunitatem nonnullorum, Fratres ipsos super praemissis impediendum, eidem plerumque super hujusmodi Sanctae Sedis Apostolicae Instructis, fidelem facere deberent, ne praedictas Literas Apostolicas passim omnibus specie tenus exhibere cogerentur, easdem Literas Apostolicas Literis nostris patentibus de Verbo ad Verbum transcribi, & transsumi facientes nostras Literas Privilegiales, tenores jam fatarum Literarum Apostolicarum integre Continentes pro ipsorum Cautela, Eide Fratri Benedicto Custodi, & Fratribus dicti Ordinis Minorum Universis Superinde dare, & Concedere dignaremur; quarum quidem Literarum dicti Domini Innocentii Papa VI. tenor sequitur, & est talis:

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei.

Ad futuram rei Memoriam.

Tenorem quarundam Literarum felicis recordationis Joannis annis Papa XXII. Praedecessoris nostri, in Regesto ipsius Praedecessoris repertum, de Regesto ipso transcribi, & ad Dilecti Filii Joannis de Eweth, dicti de Agria, Ordinis Fratrum Minorum asserentis se, pro dicto Ordine hujusmodi Literis indigere. Supplicacionis Instantiam de Verbo ad Verbum presentibus Annotari fecimus, quae talis est:

Joannes Episcopus Servus Servorum Dei.

Venerabilibus Fratribus Archi-Episcopo, & Episcopis ac Dilectis Filiis Eweth, ad quos presentes Literae pervenerunt.

Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Vas Electionis Doctor Eximius, & Egregius Praedicator, cujus Praedicationis mundum docuit Universum, praesumptuosam illorum audaciam refranare sollicitus, qui prudentia propria imitantes, in errores varios prolabantur, non plus sapere, quam oportet, sed ad Sobrietatem sapere, salubri doctrina suggestit, & juxta sapientis eloquium: quisque suae prudentiae modum ponat. Sane dudum cum Dilectum Filium Magistrum Joannem de Polliaco S. Theologiae Doctorem, certis ex causis de Fratrum nostrorum Consilio, ad nostram praesentiam vocassemus, fide digna Relatio ad nostrum perduxit Auditum, quod ipse in quibusdam Articulis tangentibus Poenitentiae Sacramentum, non Sobrie, sed perperam sapiebat, infra scriptos Articulos periculosos, Continentes errores, docere publice in suis Praedicationibus, & in Scholis. Primo quidem adstruit: quod Confessi Fratribus habentibus licentiam Generalem, Audiendi Confessiones, tenentur eadem peccata, quae Confessi fuerant, iterum Confiteri proprio Sacerdoti. Secundo, quod Stante Statuto: Omnia utriusque

Damnantur ergo,
res circa Sacramen-
tum Poenitentiae.

Secundus. Edicto in Concilio Generali. Romanus Pontifex non potest
facere, quod Parochiani non teneantur Confiteri omnia sua peccata
semel in Anno proprio Sacerdoti, quem dicit esse Parochialem Cura-
tum; imo nec Deus hoc populo facere, quod, ut dicebat, implicat Con-
tradictionem. Tertio: qui propterea non potest dare generalem potesta-
tem Audiendi Confessiones; imo nec Deus, quin Confessus habenti ge-
neralem licentiam, teneatur iterum eadem Confiteri suo proprio Sa-
cerdoti, quem dicit esse, ut praemittitur, Parochialem Curatum. Nos
igitur scire volentes, si suggesta Nobis, veritatem haberent, Artic-
ulorum praedictorum Copiam eidem Magistro Joanni fecimus ad-
signari, & ad defensionem sui audientiam plenam sibi praebuimus,
tam in nostra, quam dierum Fratrum nostrorum praesentiam
Consistorio, & etiam alias coram aliquibus ex ipsis Fratribus per
nos ad hujusmodi deputatis. Verum licet dicitur Magister praesa-
tos Articulos, & contenta in ipsis defendere niteretur, asserens ta-
men se paratum recedere, & tam in praemis & aliis, ea quae teneret
& tenenda esse Sedes Apostolica definiret. Nos igitur attendentes
quod dierum Articulorum, assertio praedictorum, & doctrina ve-
ludare poterat in multorum perniciem Animarum, ipsos per
plures Magistros in Theologia examinari fecimus diligenter, Nos
que etiam cum dicitis Fratribus nostris Collationem solertem ha-
buimus super ipsis, per quam quidem Collationem, & examina-
tionem super hoc praehabita, Comperimus praedictos Articulos non
sanam doctrinam, sed periculosam multum, & veritati contrariam
continere, quos etiam Articulos omnes, & singulos idem Magister
Joannes veris sibi rationibus opinioni suae dudum habite contra-
rius demonstratis, in Consistorio revocavit, asserens se credere eos
non veros, sed ipsorum Contrarium verum esse, cum diceret, se ne-
scire rationibus in Contrarium factis Respondere; ideoque ne per
assertionem, praedicationem, & doctrinam hujusmodi in errore
quod absit, anime simplicium prolabantur, omnes praedictos
Articulos, & quemlibet eorum tamquam frivolos, & erroneos, &
doctrina sana clivios, Authoritate Apostolica damnamus, & re-
probamus de Fratrum Consilio praedictorum, Doctrinam ipsis -
Contrariam veram esse, & Catholicam asserentes, cum illi, qui
praedictis Fratribus Confiterentur, non magis teneantur eadem post-
ea Confiteri, quam si alias Confessi fuissent proprio Sacerdoti
juxta dicitur Concilium Generale. Optamus autem Veritatis
vias notas esse fidelibus, & mentes erroribus pracludere auditu,
ne subintrent. Felicitis Recondationis Alexandri IV. & Clemen-
tis IV. Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum Vesti-
gia imitando, Omnibus & singulis districtius inhibemus, ne quis
quam

quam dictos Articulos per Vos, ut pramittitur, damnatos, & etiam Reprobatos, vel contenta in eis, vel aliquo ipsorum, utpote a Catholicis mentibus respicienda, tenere Audeat, seu defendere quomodolibet vel docere, quo Circa Universitati Vestrae per Apostolica Scripta districte precipientes mandamus, quatenus Universi & Singuli vestrum in Civitatibus, & Dioecesibus Vestris Convocato Clero Communiter praemissa omnia & Singula per Vos, seu alios Solemniter publicetis &c. Datum Avinionae VIII. Kalend. Augusti, Pontificatus nostri Anno V. &c.

Tenor vero Literarum dicti quondam Dni Pape Bonifacii. IX. is est:

Bonifacius Episcopus Servus Servorum,
 Cum DEI. Ad perpetuam Rei memoriam.

Ex Apostolica Sedis provisione, ac Personarum sub Regulari Observantia, studio pie vite Domino famulantium devotione provenire dignoscitur, ut Romanus Pontifex quaecunque Praeceptorum suorum gesta renovet renovando restauret & Auctoritate Apostolica fulciat renovata. Hinc est, quod Vos Dilectorum Filiorum - Ministri Provincialis, & Fratrum Ordinis Minorum Provinciae - Hungariae, secundum morem ipsius Ordinis supplicationibus inclinati: quoddam Literas felicis recordationis Alexandri IV. & Gregorii XI. Romanorum Pontificum Praeceptorum vestrorum eius, & dicto Ordini per ipsos Praeceptores nostros concessas, quas diligenter in Cancellaria nostra inspici, & earundem tenorem de verbo ad verbum praesentibus inseri fecimus, cum inciperent vetustate consumi &c.

Alexander Episcopus Servus Servorum DEI.

Dilectis Filiis Generali, & Universis Provincialibus Ministris Ordinis S. F. Minor salutem & Apostolicam benedictionem.

Convenit, ut Sacer & lucidus Ordo vester sicut Religio, nis altitudine pollet, sic per Sedis Apostolicae gratiam Privilegio fulgeat speciali. Attendentes igitur, quod ejusdem Ordinis Fratres de Locis ad Loca ipsius Ordinis saepius transmutantur, propter quod stabilem, & perpetuam in certis, & determinatis ejusdem Ordinis - Domibus non faciant mansionem: Considerantes etiam, quod bonos, & idoneos, ac approbatos a Vobis Fratres, facitis ad Ordines promovendi, Vestris supplicationibus inclinati, ut liceat Vobis Ordinandos Fratres ejusdem Ordinis, quibuscunque malueritis Catholicis Pontificibus Communionem, & gratiam praedictae Sedis habentibus praesentare, ipsisque Pontificibus praesentatos a Vobis Fratres sine quolibet examinatione per eodem Pontifices faciendam: jam huic privilegio derogatum est: & absque omni promissione, vel obligatione ne ipsorum

Privilegium Ordinis
 nandos Fratres -
 Concernens.

ne ipsorum Ordinantium Fratrum ad Ordines promovere Vobis, & Ordini Vestro Authoritate Presentium indulgemus. Nulli ergo
Datum Anagnini XVII. Kal. Novembr. Pontificatus nostri Anno I.

Gregorius Episcopus Servus Servorum DEI

Venerabili Fratri Archi-Episcopo Strigoniensi
Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Iustis petentium votis, & his præsertim, quæ Personarum Ecclesiasticarum sub Religiosis habitu, & humilitatis Spiritu Domino famulantium, tranquillitatem & pacem, ac libertatem spectant libere amittimus, ut ea favore prosequamur opportuno. Sane petitio pro parte Dilectorum Fratrum Hungaricæ Fratrum Minorum, secundum morem ipsius Ordinis, nuper exhibita continebat: quod nonnulli Rectores, & Curati Parochiarum, & aliarum Ecclesiarum tam Religiosis, quam etiam Seculares Regni Hungariæ quandoque Corpora defunctorum, qui apud Ecclesias, aut Cimiteria dictorum Fratrum sepulturas eligunt, violentor rapiunt, & ad Ecclesias Rectorum, & Curatorum prædictorum deferri faciunt, & tandem ibi detinent, quod horum celebrandi Missas in Ecclesijs dictorum Fratrum præterit, propter quod dicti Fratres Oblationes, quæ per Christi fideles in eisdem Missis fieri deberent, amittunt. Volunt etiam dicti Rectores, & Curati in firmis Sacramenta Ecclesiastica ministrare, nisi apud eos eligant sepulturam, inducentes eos ad hoc, & dicendo: Ecce Sacramentum Eucharistiæ, quod teneo, tibi non ministrabo, nisi in Ecclesia mea eligas sepulturam. Præterea cum in exiguis funeralibus nonnullorum Nobilium, & nonnullorum apud Ecclesias Fratrum prædictorum sepulturas eligentium, quæ in Ecclesijs dictorum Fratrum fiunt pro tempore, Calices, & paramenta Altarium, & Sacerdotalia vestimenta Ecclesiastica, quæ in usum Fratrum non convertuntur, ipsaque alienari non possunt, sæpe clonentur, memorati Rectores, & Curati tam de illis, quam etiam alijs, quæ in Ecclesijs dictorum Fratrum, dum ipsi Rectores, & Curati pro funere ibidem præsentem celebrant, fieri consueverunt, licet ad ipsos Fratres pertineant, ac etiam quod deterius est, de elemosinis per eosdem Fratres huiusmodi mendicatis Canonicam petunt, & exigunt portionem, nec eos permittunt libere mendicare, atque ipsos Ministros, & Fratres super sepulturis huiusmodi, & Confessionibus audiendis Christi fidelium multipliciter impediunt, & molestiant, in ipsorum Ministri, & Fratrum grande præjudicium, & gravamen. Quare dicti Minister, & Fratres: nobis humiliter supplicaverunt, ut providere ipsis super hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus si hoc ita: inclinatis, mandamus

Præmissa per Curatores, & Rectores Ecclesiarum Fratrum irrogari solita, severe inhibet Pontifex

ut præfatus

ut prefatos Ministrum & Fratres super premiffis non permittat de
 cetero per eosdem Rectores & Curatos aliquatenus molestari vel eidem
 ma, seu gravamina irrogari contra Canonicas Sanctiones, Contradicto,
 res per Censuram Ecclesiasticam appellatione postposita, Compescendo,
 non obstante, si eisdem Rectoribus, & Curatis, vel quibusvis alijs Com,
 muniter, vel divifim a Sede Apostolica indultum existat, quod interdicti,
 suspendi, vel excommunicari non possint, per Literas Apostolicas non
 facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hu,
 jusmodi mentionem. Datum Rome ad S. Petrum XIV. Kal. Febr:
 Pontificatus nostri Anno VIII.

Tenor autem predicti quondam Martini Papae V. talis est.

Martinus Episcopus Servus Servorum Dei.

Dilectis Filiis Ministro Provinciali, & Univer,
 sis Fratribus Provincia Hungariae, secundum morem Ordinis
 Fratrum Minorum, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Sanctae Religionis, in qua sub voluntaria paupertatis ha,
 bitu militantes, in humilitatis Spiritu devotum & sedulum impendentis
 Domino famulatum, ac vita Regularis, sub qua degitis, promoveretur ho,
 nestas, ut ad ea favorabiliter intendamus, per quae vobis quietis, & pacis
 commoda procurantur. Exhibita siquidem nuper Nobis pro parte Ve,
 stra petitio, Continebat: quod saepe contingit nonnullos ex Christi fi,
 delibus partium, in quibus degitis, apud Domos Vestras eligere Sepul,
 turam, quodque eis ab hoc Saeculo migrantibus, dum illorum Corpora
 Antequam tradantur Ecclesiastica Sepultura ad Ecclesiam Parochialem,
 sub cuius Parochia debebant, deferuntur, Rectores & Plebani Ecclesia,
 rum huiusmodi nonnunquam sub fictis Coloribus aliqua praestant
 impedimenta, propter quae Corpora ipsa ad Domos vestras deferuntur -
 tardius, in grande vestrum, & Domorum Vestrarum huiusmodi in,
 commodum, & gravamen. Nos igitur Cupientes in premiffis Salubri,
 ter providere, Vestris in hac parte Supplicationibus inclinati, Vobis,
 ut Corpora defunctorum huiusmodi, qui apud Domos Vestri Ordinis
 suam in tempore elegerint Sepulturam, immediate postquam decepe,
 rint, ad huiusmodi Domos vestras deferre, seu deferri, nec non ibidem
 in locis ad hoc congruentibus, & convenientibus tumulare, vel tumu,
 larifacere, libere valeatis, Authoritate Apostolica tenore presenti,
 um indulgemus, jure tamen Parochialis Ecclesiae cujuslibet, de cuius
 Parochia decedentes predicti fuerint, alias in omnibus semper salvo, premiffis
 ac alijs Contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo &c. Datum Ro,
 me apud S. Apostolos VI. Idus Maji Pontificatus nostri Anno VIII.

Gravamina occasio,
 ne Sepulturarum
 prohibentur.

Tenor

Tenor quoque Literarum prefati quondam Nicolai Papa V. is est.
 Nicolaus Episcopus Servus Servorum DEI.

Dilectis Filiis Ministro, Custodibus, & Pardonis,
 nis, Ceterisque Fratribus Ordinis Minorum Provinciae Hungariae,
 riae, Secundum morem Eiusdem Ordinis Praesentibus, & futuris,
 Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Sacrae Religionis, sub qua devotum & sedulum
 exhibetis Aleisimo famulatum, promeretur honestas, ut votis
 Vestris, quantum cum deo possumus, favorabiliter Annuamur.
 Exhibita siquidem vobis nuper pro parte Vestra petitio, Contine-
 nebat: quod interdum in Ecclesiis Domorum, sive Locorum Vestri
 Ordinis Fratrum Minorum Provinciae Hungariae Consistentium,
 multas & diversas utriusque Sexus Personas tam Ecclesiasticas,
 quam Seculares, dum in humanis agunt, antequam decedant, Se-
 pulchras eligunt, seu Locorum huiusmodi Fratres extra illa in aliud
 clitic Province Ecclesiis, de Praelatorum Eorundem licentia, Verbo
 Dei coram populo praedicare, Missas Celebrare, & Poenitentium
 Confessiones Audire, piasque Eleemosynas petere, & illos ex eis, qui
 in dictis suis locis remanent, plerumque in pulsatione Campana-
 rum Ecclesiarum suarum praedictarum, dum imbi ad horas Cano-
 nicas diurnas pariter & nocturnas divinis officis insistere volunt,
 pulsationem Campanarum Ecclesiarum aliarum anticipare pro
 tempore cortigit, & aliquoties singulis praemissis, repugnantia quo-
 rundam olim intervenit. Quare pro parte Vestra vobis fuit humi-
 liter supplicatum; ut vobis, & ipsis super his opportune providere
 de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi Sup-
 plicationibus inclinati: vobis, ut Omnium, & Singulorum Christi fi-
 delium Utriusque Sexus, sic Sepulchras, ut praefertur, pro tempo-
 re eligentium, & decedentium Corpora in Ecclesiis vestris praedictis,
 aut earum Cemeteriis Sepeliendo, seu inhumando, absque eo, quod
 quocumque alia persona, quacumque Ratione, occasione, vel Causa
 hoc impedire possit, seu debeat, recipere, & Admittere valeatis, dicti-
 que Praedicantes, Missas Celebrantes, Confessiones Audientes, pias
 Eleemosynas pro eorum vite sustentatione petere, & in illa Conver-
 tere; Nec non ipsi Fratres in eisdem vestris locis remanentes, in
 pulsatione Campanarum Ecclesiarum Vestrarum earundem, sive
 Canonicis praefatis, Campanarum aliarum pulsationi huiusmo-
 di absque simili, vel alio impedimento quocumque, ut praefertur, anti-
 cipare libere possint, Auctoritate Apostolica tenore praesentium de
 speciali

Praemissis, ac aliis
 iterum molestis
 occurrit Pontifex.

Speciali gratia indulgemus, non Obstantibus Constitutionibus Apostolicis &c: Datum Rome ad S. Petrum Anno Incarnationis Domini 1453. VI. Idus Januarij. Pontificatus nostri Anno VII.

Nos igitur attendentes petitionis Instantiam predicti Fris Bene-
dicti Custodis Custodie Agriensis predictae, fore justam, & rationi
Consonam, ejusdem Supplicationibus inclinati, praefatas Literas dicto-
rum Summorum PP. Romanorum Pontificum presentibus nostris
Literis patentibus de Verbo ad Verbum transcribi, & transumi, & in-
seri fecimus, eademque Literas nostras Majoris, & Authentici, ac
Pontificalis Sigilli nostri appensione munitas Eisdem Fratri Bene-
dicto Custodi, & Fratribus dicti Ordinis Universis Uberiorem ad Cau-
telam cluximus Concedendas, volentes & Statuentes tenores dictarum
Literarum Apostolicarum presentibus insertos, & inscriptos, eandem
fidem, & Certitudinem fore per omnia, & in omnibus praesertim per
totam nostram Dioecesim Agriensem habituros, quae predictis Lite-
ris Apostolicis, dictorum tenorum Originalibus Speciatenus producen-
dis, esse merito adhibenda. Datum Agrig FERIA VI. proxima ante
Festum Conversionis S. Pauli Apostoli Anno 1466.

Clausula Transumpti Agriensis.

Post quarum quidem Literarum Transumptionalium supra in-
sertarum, quas Originaliter vidi, & earum exhibitione, presenta-
tione, revisione, & diligenti examinatione, conspectione, & auscultatione,
Ejusdem ad legitimam Requisitionem dictorum Fratrum Jo-
annis, Nicolai, & totius Conventus predicti Monasterii B. Mariae
Virginis sine diminutione, & augmento aliquali &c: Acta & facta-
sunt haec omnia Anno, Indictione, Die, Mense, hora, loco, Pontifi-
catu, quibus supra. Presentibus ibidem Honorabilibus & Discretis
Viris: Magistro Leonardo Lehntner de Posonio, Domino Joanne Ca-
pellano Domini Propositi Ecclesie Posoniensis & Rectore Altaris sa-
cratissimi Corporis Christi in praefata Ecclesia S. Martini Posoniensi, &
Domino Bartholomeo Capellano Domini Custodis praefatae Ecclesiae S.
Martini, testibus ad praemissa vocalis specialiter, atque rogatis. Et Ego
Joannes Pold de Vienna &c: publicus sacra Imperiali Auctoritate
Notarius &c: Praesens publicum Transumpti Instrumentum manu
mea propria scriptum, exinde confeci, subscripsi, publicavi, & in hanc
publicam Transumpti formam redegi, signoque & nomine meo soli-
tis, & consuetis subsignavi in fidem, & testimonium omnium, & sin-
gularum praemissorum rogatus & requisitus.

Clausula Transumpti Posoniensis.

XLVIII. Cur, uti in aliis Italiae, Germaniae, Ceterisque Anno 1474.
Catholicis Regionibus, ita etiam in Hungaria Patrum nostrorum
Conventualium Coenobia: universim septem: nempe Budense S. Jo-
annis Evangelista, Pesthiense S. Petri, Strigoniense B. Mariae Vir-
ginis

ginis, Patakiense, Fori-Siculorum, Uylakiense, ultimo Sacerdotense: ablata, ac Observantibus tradita sint, cooperantibus precipue Proceribus & Dynastiis, esto pretextus varii fuerint, intimam tamen & fortasse unicam impulsivam causam ex Bulla Sixeti Pontificis Dum singulos Regulares Ordines **MCCCCLXXIV. V. Kal. Maji** Pontificatus sui Anno IV. edita. Si prejudiciis vacuus sit, edisced. In hac adducta Bulla Pontifex Consultum voluit Ordini Conventualium neclum nostrorum, sed etiam omnium aliorum Menchicantium Ordinum, hec enim scissura, seu differentia Conventualium, & Observantium, uti in ipsa Bulla clare exprimitur, ad alias etiam se diffudit Religiones. Quare Prelatis & Laycis omnibus inhiibuit, ne Conventualium domos invaderent, ne pia legata retinerent, aut alia sub poena Excommunicationis, aliis que Censuris, in odium Conventualium, & favorem Observantium inferrent gravamina, que in hunc modum recitat. » Quod Layci in diversis mundi partibus Constituti, propriis incumbentes affectibus, dum Minister Generalis, & Provinciales, ac domorum eorundem Ordinum Custodes & Pardiarii, Fratres Conventuales nuncupati dictorum domorum jura prosequuntur, ac pecunias & bona ad legitimos usus eorundem Fratrum, pia Christi fidelium largitione eis pro eorum domibus, & Ordinibus relicta, seu legata, aut alia debita ab eisdem exigere curant, aut ipsarum domorum bona prefatis Laycis pro ipsorum beneplacito, & voluntate concedere, sive Civiles Laycorum eorundem dispensationes, particulares discordias, & rationes sequi, vel alias in iis, que Layci ipsi a Ministris, Prioribus, Pardiariis, & Fratribus memoratis postulant, eisdem Laycis complacere precusant, ac ipsi alias, dum Layci Ministros, Custodes, Pardiarios, & Fratres aliis variis plerumque occasionibus ea, qua debent affectu ne non prosequuntur, ut se de eisdem Ministris, Custodibus, Pardiariis, & Fratribus Conventualibus nuncupatis, valeant vindicare, aut occupatorum per ipsos Laycos bonorum, ad domus eorundem Fratrum pertinentium, restitutionem differre, & si domus ipse ad Fratres dictorum Ordinum de Observantia nuncupatos cleveriant bona illorum eis accomoda emere, & pro minori pretio, quam valeant, habere possint, exquisitis mediis curant, quod domus ipse eorundem Ordinum per electos Fratres Conventuales longo tempore possesse, & inhabitata Fratribus de Observantia eorundem Ordinum concedantur. Novas Tabellas, & onera, a quibus Fratres ipsi exempti sunt, ab eis exigere, varia gravamina eis inferre, & alias injurias irrogare presumant, ex quo plurima eisdem Fratribus Conventualibus incommoda proveniunt; nam metu molestiarum hujusmodi, quas eis inferri formidant, exigendo, & prosequendo domorum

Unica precipua causa Septem Conventuum ab hac Provincia abalienatorum.

1144

rum suarum jura timidiores receduntur, & eodem Laycos vereri ultra quam decet, & a libere predicando, quod illos tangit abstinere, & illis ultra quam illorum qualitas exigat, & Ordinum predictorum utilitas persua, deat, differre coguntur viri, non absque Divinae Majestatis Offensa, & Ordinum eorundem gravi prejudicio, & jactura, adeo ut per incommoda predicta etiam aliqui dictorum Ordinum Professores nonnumquam domos elegerant & ad alios non mendicantium Ordines se transferant. &c: Haec Wadclingus ex Authographo ad hunc Annum adducit. Iterum haec, hisque similia idem Pontifex repetit in suis Literis: Humilibus. Anno **MCCCCLXXX. XIII.** Novembrii Pontificatus sui Anno X. Ad Archi-Episcopum Salis-Burgensem, Frisingensem, & Ratisbonensem datis. Vide rursus apud Wadclingu hoc Anno citante Bullarium hujus Papae lib 152. fol. 41. Meminisse proin benevolus lector velit, me saepius jam dixisse, respectu etiam Conventuum ab hac nostra Provincia Septem Universim abalienatorum, Censorumque Patribus Observantibus Choriensibus Hungariae, varios fuisse pretextus, unicam interim impulsivam causam existisse Avaritiam Patronorum, eorundemque hinc Successorum, hinc Haereditum. Vereror utique haec impingere id, nisi tanti Pontificis Auctoritate fulcires. Mea ego hic Ultronee non intersero Scholia, clariora equidem sunt intelligentibus, id nempe, quibus ultra stiva sapere datum est, quam ut mea elucidatione egeant. Praterire tamen nolui, ut Patrum Nostrorum hujus nostra Provinciae Decessorum olim ut satis dictum est; Conventualium honorem, aut vindicarem, aut a nonnullis modernis etiam Paratragadiatoribus aeque cucullatis protegerem, qui eos in publicis suis Chronicis asperunt obvitam sua profligatam, jam alias nominatis Septem Conventibus, excedere jus, sos fuisse. Id quod Sixtus Papa adduxit in excusationem Fratrum Conventualium, dempta etiam ejus, qua Summa pollet in dicendo Auctoritate, primum obtinere potest apensum hodierna etiam Orbis experientia. Nihil sub hile novum; quod olim Patres nostri, ~~id~~ id ipsum - Cumulati, ^{postea} ~~Comperunt~~ ^{erunt} alii, quando ~~Cernimus Patrimonium Christi~~ ~~spinae esse in oculis nonnullorum~~. Quod vero Patres Observantes omnium a nobis acceptorum domiciliorum bona, possessiones, redditus, debita Laycis, aut quibuscunque demum remiserint, tanquam horum juxta puram Regulae Observantiam incapaces, aliogvin certum esse, nemo eorundem inficias ibit; gratulabantur utique in finem suum duos litigantes inter, gaudentes ipsimet Layci, ab his fundationum pensis, & legatis annue persolvendis, se absolutos; Dum tamen sine his exigendis, aut recipiendis Patres Observantes se ad onera praestanda, per Fundatores imposita, obligarent, Eleemosynas dumtaxat ad exigentiam Statuti sui contenti. Verum postea sub Leone X.

Anno

Observantes impe-
trant dispensatione
ab oneribus.

Anno 1514. Impetrarunt ~~per nos quidem ut in postremo iudicio, fuit~~
~~per Stellionabui impostura~~ Privilegium iudem Observantes. Iustum,
& rationabile. **MDXIV. XVII.** Martii. Vi cuius declaratum est,
tit, eos non teneri ad onera Missarum, aliasque Obligationes, que pre-
existenter in Domibus Conventualium. Ita Wadclingus ex Regesto-
Pontificio. Dummodo in Communibus Officijs, & in privatis Oratorijs
& in extra ordinarijs Missis, & Suffragijs Fundatorum olim memoriam
Specialiter faciant, ita nempe elusa, ~~& prestatula~~ fuerunt Fundatorum
prie intentiones.

Anno 1477.

Eligitur Minister.

XLIX. Difficillimis sane temporibus P. Fabianus de Igal hujus
Provinciae Nostrae Ministerialis Onus Annis quinque supra Viginti
succollaverat, eandem intra statum Conventualium reformando, ac san-
ctissimis, quas supra vidimus Communiendo legibus, hoc tandem An-
no 1477. plenus meritis e vita migravit. Electus deinde in Mini-
strum fuit in Capitulo Agniensi hoc eodem Anno celebrato, uti Ar-
chivum Provinciae his verbis adnotavit. Fr. Benedictus a Strigonio
jam Vigessimus Octavus, sublato Fabiano eligitur in Ministerium -
1477. in Festo ad Vincula S. Petri. ^{2o} Unicum celebrasse legitur Ca-
pitulum Anno 1479. Albe, uti pariter Unico Conventu adauxit
Provinciam. Pacatiora hic Minister attingit tempora, quibus nempe post
interpositionem Sixti IV. ac Vaticano fulmine percussus Conven-
tuum hujus Nostrae Provinciae invasores, ab eisdem extorquendis
cessatum fuit.

Anno 1490.

Minister eligitur.

L. Fr. Lucas a Segguddino Professor Theologiae Vigessimus Nonus
Minister, defuncto Benedicto in die Parasceves, Anno 1490 eligitur
in Ministerium. Ita Archivum nostrum, quod ipsum alibi consignavit:
hanc ipsam Electionem in Capitulo Quingue-Ecclesiarum celebrato, per-
actam fuisse. Nec aliud Capitulum sub hoc primo Ministeriatu hu-
jus Patris Lucae adnotatum in fastis nostris reperio. Post altera die
ce postea electus, quam disciplina Religiose tenax, & asertor, quan-
taeque Severitatis in transgressores vindex existiterit, in suis Capitu-
lis Agniensij Constitutionibus ad Annum 1508. sequentis Secu-
li comprobato.

Anno 1492.

LI. Quamquam feliciora jam tempora a Capto Fris Benedicti
a Strigonio, qui s. uti supra i Provincia gubernacula Anno 1477.
susceperat, promicarent, adeo ut Innocentius Papa VIII. Anno
Circiter 1485. per Breve suum mandaverit, ut Conventus Hunga-
riae per PP. Cherienses Observantes a Patribus nostris averruncati,
ac inter hos expressa cum mentione Conventus Budensij S. Joannis
Cum

cum Ceteris restituerentur. Vide Waddingum ad hos Annos, ac etiam Bullam prox adducendam: Alexandri VI. Patres interea nostri adhuc Conventuales nuncupati, satius reputaverunt, istud sibi favorable Apostolicum Breve non prosequi, nec executionem Urge, re, ne ob causas paulo ante per Sixtum IV. allatas, Laicorum Cuiusmodi, & avaritia. nova eis attentaret discrimina, noluerunt irritare Crabrones, eo tantisper Tuum mitigantes dolorem, quod ereptorum Septem Conventuum loco, interea acceperint alii, pluresque mox accessuri sperarentur, ac etiam nonnulli Pontifices, uti Calixtus III. & Sixtus IV. lasum suum honorem, & factam ab inimicis prostitutionem abolerent, innocentiam que suam Orbi, & Urbi promulgarent manifestis Edictis. Succedens interea in Petri Cathedra Papa Alexander VI. ex ipso Patrum Observantium Ordine assumptus, videbatur rursus pro domino sua perorare Patresque nostros Conventuales repente fremitu adobruere; nihil interea amplius effecit: Quibus inuito. Summe Successum habet: quam quod ereptos olim Septem Conventus de quibus rursus ad Tuos Veteranos prosepores revolvendos, non vano Augurio metuebant P.P. Cherienses: ad Corrogatam Regis Hungariae Vladislai, Ceterorumque Pralatorum, & Procerum interpositionem pro suis Observantibus confirmaverit. Cum tamen Patres nostri Bunda aliocum alios suos Conventus manutinentes, aliisque interea adanctis Domiciliis, parum, nihilve hos ereptos Conventus pensarent. Tenor Litterarum Pontificis ex Melipano a Macro No. 2. apud Waddingum. est iste.

Mandat Pontifex ablatos olim Conventus restitui. Patres nostri mon datum huic non prosequuntur.

Alexander Episcopus Servus Servorum DEI
Ad perpetuam Rei Memoriam.

Licet ea, quae pro Religionis propagatione &c. --- Sane pro parte Charissimi in Christo Filii nostri Vladislai Hungariae Regis Illustris, ac Venerabilium Fratrum nostrorum, Universorum Archi-Episcoporum, & Episcoporum, nec non Dilectorum Filiorum Baronum, & Nobilium dicti Regni, ac modernum Vicarii, & Fratrum Ordinis Minorum de Observantia Nuncupatorum, Vicarie ejusdem Regni, secundum morem dicti Ordinis Nobis nuper exhibita petitio, continebat: Quod olim bona memoria Julianus Episcopus Tusulanensis tunc Tituli S. Sabinae Presbyter Cardinalis in dicto Regno, & certis aliis partibus illi circumvicinis, Sedis praedictae Legatus, habens ad id, ut asperabat, ab eadem Sede Specialem per ejus Litteras facultatem, ex certis legitimis Causis tunc expressis, S. Joannis Budeusis, & S. Petri Pothiensis, ac Fori-Siculorum, Vespriensis, Vacziensis, & Transylvaniensis Dioecesis Domos, in quibus Fratres Conventuales

Conventuales dicti Ordinis minus honeste viventes debebant,
 cum magno Religionis opprobrio, licet eos pluries Charitative, ut
 tam Tuam emendare deberent, monisset, quod indurate facere volue-
 runt; tunc Vicario dicti Ordinis de Observantia in dicto Regno
 vigore dicte facultatis, in perpetuum subiecit, concessit, & assignavit,
 dictosque Fratres inde amovit, ac Fratres de Observantia Ordinis
 ejusdem in dictis Domibus introduxit, qui vitam laudabilem, &
 exemplarem, cum maxima fidelium consolatione, & Animarum
 Salute, diviniq; Cultus augmento extunc duxerunt, prout cla-
 runt de presenti. Et deinde felicis Recordationis Eugenius Pa-
 pa IV. Prædecessor noster predictas, & alias quascunque Conces-
 siones, & assignationes, per dictum Cardinalem Fratribus de Observan-
 tia hujusmodi factas, approbavit, ac tam ipse, quam nonnulli alii
 Prædecessores nostri Romani Pontifices Beatae Marie Strigoniensis,
 de Nylak, & de Szeczen, ac de Patak, Zuingue-Ecclesiensis, Strigo-
 niensis, & Agriensis Diocesis, Domos etiam dictorum Fratrum
 Conventualium Vicario, & Fratribus prefatis concesserunt, illas
 que omnes, ac alias domos eis constructas, Vicaria tunc Pessina,
 nunc Hungariae nuncupata, in perpetuum subiecerunt, univerunt,
 & incorporarunt: prout in Literis Authenticis Juliani Cardina-
 lis, & Eugenii, ac aliorum Prædecessorum predictorum Literis,
 desuper confectis plenius dicitur contineri. Quare pro parte
 tum Regis, ac Archi-Episcoporum, Episcoporum, Baronum, Ho-
 bilium, quam Vicarii, & Fratrum predictorum Nobis fuit humi-
 liter supplicatum, ut Donationibus, Concessionibus, assignationi-
 bus, gratis, Literis, Indulgentiis, & Indultis eisdem Domibus, ac
 Fratribus per Sedem predictam concessis, approbationis Nostrae
 robur pro ipsorum Subsistentia firmiori adjicere, aliasque in
 premisis opportune providere de benignitate Apostolica digna-
 remur. Nos igitur — — — Donationes, Concessiones, & As-
 signationes &c: predictas, ac prout illas concernunt omnia &
 singula in dictis Literis, ac processibus desuper habitis, contenta,
 ac inde secuta quaecunque, ac Privilegia, Libertates &c: sub quibus-
 cunque Verborum formulis, & Clausulis per Sedem predictam
 concessa, Auctoritate Apostolica, & ex certa Scientia tenore pre-
 sentium approbamus, ac perpetuae firmitatis robur obtinere
 decernimus, nec non per dictum Julianum Cardinalem, & Lega-
 tum facta, & concessa s: ut prefertur confirmamus, Supplementes
 omnes & singulos defectus, si qui forsitan intervenerint in Donatio-
 nibus, Concessionibus &c: per Julianum Cardinalem factis hu-
 jusmodi. Et nihilominus potiori pro cautela omnia & singula
 praemissa, eisdem modo, & forma de novo concedimus, ac Vicariis
 & Fratres

Confirmat Ponti-
 ficis pro Observan-
 tiis Septem Con-
 ventus ab hac No-
 stra Provincia aver-
 runcatos.

& Fratres Vicaria hujusmodi, prout hactenus sub immediata Obedientia Ministerii Generalis dicti Ordinis pro tempore existentis fuerunt, ita de cetero dicto Ministro perpetuo subesse debere, absque aliqua Unionem, Subjectione, & Contradictione Ministerii Provincialis Provinciae dicti Regni, etiam pro tempore existentis, eadem Authoritate decernimus, Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Statutis quoque, & Consuetudinibus dicti Ordinis, — — — Nec non quibusdam Literis informis Brevis praesentis memoriae Innocentii VIII. etiam Praedecessoris nostri, quibus dicitur, mandasse praefatos Fratres Conventuales in dicta Domum Budensem introduci debere, Privilegiis quoque, & Indulgijs Apostolicis, dictis Fratribus Conventualibus forsitan per Sedem praedictam Concessis — — — quae ad praemissa specialiter, & expresse derogamus. Ceterisque Contrarijs quibuscumque. Nulli ergo &c. Datum Romae Anno MCCCCLXXXII. VI. Kalend. Octobris Pontificatus nostri Anno I.

LII. Ex his Alexandri VI. Literis apparet Septem Universim Conventus hujus Provinciae nostrae ad Patres Cherien- ses devolutos fuisse. Quod vero Pontifex iste tantam Observantibus laudem attribuerit, tantumque Conventualibus pro illo nempe tempore, quo Conventus dicti iis adempti fuerant antea s: jam enim ab Anno 1454. uti adhuc Annuum dictum est. P. Fabianus de Igual Minister Provinciam suis saluberrimis Constitutionibus reformaverat: ut jam Conventuales quidem, ac Reformati haberentur: sed decus recitaverit, an irrogaverit? vix mirari subit, cum ex Observantibus ad Papatus Fastigium sublimatus fuerit. Habent hoc Mentalium praecordia insitum: ut suis etiam citra propositum fa- veant, uti Sixtus IV. ex Conventualibus assumptus, Conventualibus contra Observantes committere voluit. Ita nimirum Pontifices Sanctissimi humana aequae fragilitate implexi, hominem penitus exuere non valent & sane peculiaris attentione dignum est: quod a tempore, quo plurimae Reformationes intra Ordinem nostrum emeruerunt, uti perhibet Chronologia Ordinis nostri. Alii Summis Pontificibus distincto affectu fovierant Reformatos, alii vero Communitatem Ordinis, quae semper, aut certe plerumque Reformatos infestaverat. Hinc Joannes XXII. ab Ochamo lacepsitus, praeter id, quod Dominium Franciscanum abjecerit, hujusmodi Reformatis infensus fuerat, adeo: ut in Extravagan- tioriam Ecclesiam. Ita Rigoristas ^{alios} sen Observantes se- _{! cum minime tale essent!} venditare Volentes, percellat, & feriat: Verum humani generis inimicus, ubi virtutum Segetes videt uberius exurgere, ibi Scan- dalorum

Pontifices alii Ob- servantibus alii Conventualibus impense favent.

clalorum vepres, & clifichiorum Lizania satagit cumulatim seminare. Nonnulli Sacra Religionis habitu solo nomine Professores, dum altiora se petunt, dum pre posteris, & perturbatis gradibus citius vulturi, in magnis, & mirabilibus super se ambulare conantur, illius delusi fallacis, qui se, ut alios decipiat, in lucis Angelum transfiguratur, sibi mel ipsid ruinam, infirmioribus Scandalum, sollicitioribus vero probationem, & meritum pepererunt, pro Viribus satagentes, tam praclari Ordinis Unitatem scindere, obrumbilare famam, perturbare quietem. Et ultra: Duclum siquidem hujusmodi Superstitiosi, & discoli homines in Provincia, Provincia adversus suam Communitatem praefati Ordinis insurgentes, ut se solos, suosque Complices de Observantia Regula Divi Francisci mira vanitate jactantes, Reliquam Ordinis multitudinem de transgressione Regulae perperam judicando notabant &c.: Anno equidem 1510. exsurrexere quidam importuni Regulae Zelatores contra eundem Joannem XXII. Papam, & dicebant: quod Pontifex in Regula dispensando: peccasset, Regulam esse eandem cum Evangelio, ejus praecpta esse indispensabilia. Hi Fratres tanquam Heretici Inquisitioni sunt traditi, & multi incarcerati, & Condemnati. Ita Chronologia Historico-Legalio fol. 41. 42. 43. Imo Anno 1525. in Capitulo Generali Perusino Questio illa famosa de Paupertate Christi, per hujusmodi affectatos Rigoristas fuit contra Pontificem decisa, unde nostri Zelantiores, & puritatis Regulae: non secundum Scientiam, & prudentiam: assertores, ut Heretici sunt subsumpti. Hinc fortassis captaverunt Occasionem quidam Religionis Nostrae emuli, asserendi illud: quod Fratricelli &c. suum ortum, aut progressum ex nostro habuerint Ordine, quos energice refellit Chronologia citata, uti & Waddingus ad hunc Annum, ac novissime P. Campion Provinciae Observantis S. Capistrani Lector Generalis, contra Novellum D. Erdely, partes Damianii succullantem, qui vetustam hanc crambem recognere voluerunt. Martinus V. e Converso huius Reformatio, seu ab hoc tempore Observantibus nuncupari ceptis, impense faverat, dum Observantiam a Fratre Paulutio de Trincis promotam in Concilio Oecumenico Constantiensi adprobavit. Totus etiam Eugenius IV. in partes Observantium propensus, eos per orbem Christianum amplissime propagavit, & Conventualium Coenobis adauxit. Ast rursus Calixtus III. Innocentius VIII. Sixtus item IV. Conventuales protegebant. Videatur P. Lucas Waddingus in suis Annalibus. Donec tandem Leo X. Anno 1517. Decreto, viam pro favore Observantium tulit sententiam, atque effecit, ut officium Ministri Generalis, cum sigillo primaevo Ordinis ad Observantes devolveretur, pluresque Conventualium Provinciae, quas inter

Hec ipsa nostra Hungaria fuerat, abjectis dispensationibus, Ob,
servantiam Regularem amplexa fuerint. At de hoc amplius in sequentibus.

LIII. Superadclitus fuit rursus hoc Anno 1497. Provincia Anno 1497.
nostre Conventus de Poka-Falva, in Transylvania situs, eodem ipso Minister eligitur.
tempore, quo in Ministrum hujus Provincia Trigesimum electus
fuit F. Gregorius de Zekchew Professor Theologiae, in Capitulo Vete-
rio Buda. Ita Archivum nostrum. Capitulum nullum durante
sui quinquennialis officii tempore celebravit. Illud tamen memora-
bile accidit, quod Concordia super nonnullis differentiis nostris in-
ter Patres Conventuales dictos, & Fratres Observantes Hungariae
Vertentibus, mihi fuerit in hoc ipso Provinciali Capitulo, cujus Au-
thenticè mihi communicatum exemplar sequentis est tenoris.

Nos Fr. Gregorius de Zekchew Ordinis Minorum S. Fran-
cisci Conventualium, Artium Liberalium Magister, nec non S.
Theologiae Professor, ac in Provincia Regni Hungariae Minister &
Servus, nec non Rendissimi P. Generalis Ministri in eadem Vica-
ria & Servus. Nec non Fr. Oswaldus de Lasko Ordinis Fratrum
Minorum de Observantia Professor, Rendissimi in Christo Patris
Ministri Generalis in Vicaria Regni Hungariae quoad Fratres
dicti Ordinis Observantes, Vicarius licet indignus. Ad Univer-
sam Notitiam quorum interest, intererit, seu interesse poterit in fu-
turum, harum Serie volumus pervenire, quod mota, & suborta his die-
bus Superioribus, & praecipue sub officio, & tempore Venerabilis Fr. Fr.
Luca de Hegus praelem Ministri Fratrum ejusdem Ordinis, inter Fra-
tres nostros Conventuales ab una, & Observantes ab altera partibus,
quodam Causa & lite, questionis que materia super nonnullis differe-
tiis, & juris tam verbalibus, quam realibus in alterutrum partatis,
& Commisid. Tandem Anno & die Subscriptis, mediò & operā, atque
diligentia Rendorum Patrum Perardi de Modena, & Francisci de Regio,
Artium Liberalium Magistrorum, & S. Theologiae Professorum, nec
non Commisariorum, & Vicariorum Generalis Ministri quoad Pro-
vinciam Hungariae cum plenitudine potestatis, per Rendissimum
P. Dñm Franciscum Samsonem Generalem Ministrum ejusdem Or-
dinis, ad Mandatum Sacratissimi Domini Nostri Uladislai Regis
Hungariae & Bohemiae & c: Ad hoc Regnum specialiter deputato-
rum, & transmissorum in Nomine Domini Nostri Jesu Christi, &
pro honore Divi, & Seraphici Patris nostri S. Francisci, ad infra-
scriptam pacis & Concordiae devenimus Unionem, atque inter nos,
& eodem, Fratres Conventuales scilicet, & Observantes presentes
& futuros infra scriptam fecimus Ordinationem, & in articulos
sequentes

Littera Concordiae
inter Conventuales
& Observantes.

Tequentes libera, ac Spontanea voluntate de Consilio, & Consensu eo-
 rundem Universorum Fratrum Conventualium scilicet & Observanti-
 um Consensimus; Imprimis: quod Omnes lites, & Controversia, qua
 ut praefertur, suscitata inter partes fuerunt, sopiantur, & extinguantur,
 sopitaque, & extincte sint, & habeantur, eo quod deinceps partes ipsae
 in bona pace, & Concordia maneant, seque invicem, ut par est dili-
 gant, & mutua benevolentia, & Charitate prosequantur. Item quod Fra-
 tres Observantes Fratribus Conventualibus nec verbo, signo, aut
 facto derogent, nec illos, vel alteros eorum vilipendant, sed fideliter
 tam in Ambone, quam extra Ambonem, quando de eis mentionem fece-
 rint, promovere, & Commendare teneantur, & e converso; quia Blasph-
 emia Unius partis, sine infamia alterius esse non poterit, maxime:
 quia & Conventuales, & Observantes Fratres a Divo Francisco, ab uno
 Patre tanquam ex uno, & quidem dulci, & non amaro fonte procepe-
 runt; Item quod de Unione Observantium cum Conventualibus fieri,
 etiam in Regno, Conventuales omnino supercedeant, nec per eos aliqua-
 mentio de cetero fiat, sed unusquisque sit, & vivat in sua vocatione
 contentus sine damno, & injuria alterius. Item quod Claustra in
 Zegedino, & Varadino noviter pro Observantibus etiam erecta, ma-
 neant, sed tamen per hoc Conventuales in acquirendis Eleemosynis
 detrimentum non patiantur. Item quod liceat uni parti, sicut &
 alteri in eisdem locis Eleemosynam querere, & petere sine Contradi-
 ctione, prout est Consuetudo per totam Italiam. Hoc tamen adjecto,
 & per expressum declarato, quod de cetero in illis Civitatibus, seu Op-
 pidis, aut aliis locis quibuscumque ubi Fratres Conventuales Claustrum
 seu Coenobium habent, & incolunt, in eisdem locis Fratres Obser-
vantes in praerudicium & detrimentum Conventualium sibi Claustrum
 Construi non procurent, nec Constructum acceptare audeant, aut
 possint, sine expresso mandato Summi Pontificis, & Generalis Mini-
 stri ejusdem Ordinis S. Francisci, alioquin pro hujusmodi locis ta-
 liter recipiendis, non tamen jam receptis, utrique parti contra-
 aliam suis Antiquis Privilegiis liberè uti licebit. Item quod Nen-
 tra partium contra alteram deinceps litem moveat, vel Scandala
 suscitet, nec pro levibus causis ad Curiam Romanam currat, sed si
 quid questionis inter eos natum fuerit, recurrant ad Conservatores
 partium, qui cognoscere, & finem imponere debeant. Item quod deinceps
 neutra pars alterius partis Fratres fugitivos, discolos, & re-
 belles, vel inobedientes sine Superioris licentia petita, & obtenta reci-
 pere, vel acceptare, & neque in hospitio ultra tres dies retinere audeat,
 alioquin Conservator partium, auxilio Regie Majestatis praedictae
 Fratres fugitivos habeat liberam, & plenariam facultatem, etiam in
 suis Conventibus, & locis capiendi, captosque in Manus Ministri, vel
 Vicarii

Pacta Conventuali-
 ter utrosque.

Vicarii tradere puniendos. Postremo: quod de quacunque Familia
 Minister, vel Vicarius, Custodes, vel Pardiari, aut alii Fratres Mi-
 nores predictam Ordinationem, & Compositionem de voluntate predi-
 cta Regie Majestatis, & Consilio Rendorum Patrum Commissariorum
 prefatorum, & utriusque partis Consensu, pariter & assensu conclusa,
 & firmatam infregerint, aut in aliquo per se, vel familiam sibi subje-
 ctam non observaverint. Ex tunc prefata Regia Majestas in tali casu
 partem transgredientem primum ad premissos articulos observandos,
 tanquam Patronus Ecclesiarum, & Monasteriorum Regni sui admo-
 at, & requirat, quae si fecerit, & Suae Majestatis Admonitioni, & requi-
 sitioni acquieverit, bene quidem, alioquin prefata Regia Majestas &
 sui Successores Reges Hungaria partem illam transgredientem, hoc
 est Ministrum Conventualium, vel Vicarium Observantium perpe-
 tuo de Regno suo licentia & exulare, habeat liberam, plenam, &
 omnimodam potestatis facultatem. In quorum omnium, & singulorum
 fidem presentes Literas Sigillorum Familiarum Nostrarum appen-
 sione Communitimus, & insuper pro Majori Cautela, & firmitate ro-
 gatum & requisitum habuimus Rndsmum in Christo Patrem Do-
 minum Thomam Episcopum Ecclesie Agriensis, Predictorum Fra-
 trum Observantium Conservatorem s: nempe Thomam Bakacs ab
 Erdöel S. R. E. Cardinalem, & hoc ipso Anno ad Strigoniensem Ar-
 chi Episcopatum proelectum: a Sede Apostolica deputatum, ut
 penes prefata Sigilla etiam suum Sigillum appendi faciat pre-
 dicti vero PP. Commissarii se propriis manibus subscribant, quod
 & fecerunt. Datum in Capitulo Provinciali Fratrum Minorum-
Conventualium in Vetere Buda Super Festo D. Demetrii Mart.
 Celebrato Anno Domini 1497.

Fr. Gerardus de Modena Rndsmi P. Generalis
 Commissarius ut supra Consensit. m. p.
 Fr. Franciscus de Regio Rndsmi P. Generalis
 Commissarius ut supra Consensit. m. p.

Tua Zone his Literis appense, Sigilla Agriensis Presulis
 Thome Bakacsii, & Vicarie ^{nostre} ~~nostre~~ s: hodie Provincie Salvatoria-
 na: Amiserunt, Tertia vero Zona sanum exhibet PP. Conventua-
lium Sigillum, ejus omnino figura, quam habet hodiernum RR.
 PP. Marianorum Reformatorum.

Ex Originariis Conventorum Tabulis descri-
 psit Capovic Die 14. Maji Anno 1766.
 P. Vincentius Blaho Proe H. Salvatorij Chronologus.

LIV. Invaluerat hoc tempore quorundam Judicum Arrogantia, Armis 1498.
 gata potestatis libido, ut ad Secularia Tribunalia Contra omne
 jus

Judicium temeritatis
elicitur.

ius, & equum Fratres nostros citarent; Quare providi Patres,
ut huic eorundem presumptioni obviarent, Decretum Alexan-
dri IV. jam Anno 1256. editum transsumi fecerunt, ac eo co-
natus hosce temerarios eliserunt. Quod Originale Transumptum
Conservatur in Archivo Provincia^{nostre}, estque tenoris hujusmodi.

In Nomine Domini Amen.

Notum sit Universis, quomodo Anno Dni 1498.
Indictione 1. Die vero 16. Mensis Junij, Hora Tertiarum,
vel quasi, Pontificatus S^mi in Christo Patris, & Domini Dni
Alexandri IV. Pontificatus ejus Anno V. in Domo Honoran-
di Patris Uclabricsi Plebani Ecclesie Parochialis B. Nicolai
Confessoris, atque Pontificis in Tynavia Diocesis Strigoniensis
in mei Notarii infra scripti publici, Testiumque Subscriptorum
ad hoc specialiter rogatorum, pariter & Convocatorum presentia
personaliter Constituti devoti, ac Religiosi: Ambrosius de Tele-
kes Guardianus, ac Blasius Ordinis S. F. Minorum S. Fran-
cisci in Claustro B. Jacobi Apostoli in prefata Tynavia habi-
ti, exhibuerunt mihi coram infra scriptis Testibus quendam
Bullam Privilegialem cum sigillo plumbeo, in Zeta Sericea
pendente, quondam bone Reminiscencie Alexandri Pape IV.
non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua parte vitiatas, tenoris,
& Continentie subscripte, requirentes me Notarium publicum
debita cum instantia, ut quia prefatas Literas, seu Bullam su-
per Juribus eorundem confirmatam, propter discrimina vicari-
& Annulorum persecutiones, ad loca eis necessaria pro defensione
& tuitione eorundem deferre non auderent, quatenus ob majorem
rei evidentiam, atque tutelam, totam formam, & tenorem ejusdem
Bulle manu mea sub publico Instrumento redigerem, atque
transumerem, cujus Bullae Tenor de verbo ad verbum talis est.

Alexander Servus Servorum DEI

Dilectis Filiis Generali Ministro & Fra-
tribus Ordinis Fratrum Minorum Salutem, &
Apostolicam Benedictionem.

Cum non deceat vos implicari negotijs, que
cum Mundo fugientes, facti voluntarie pauperes, mundi sequi-
mini tunc Christum, Devotionis vestra precibus inclinatis
Authoritate vobis presentium indulgemus, quod nullus Ordi-
narius,

Qua inhibetur Evo-
catio Fratrum no-
strorum ad Tribuna-
lia.

narius, vel delegatus Index ad faciendum Citationes, vel Com-
 misiones recipiendas, seu ad alias lites, vel Controversias Contin-
 gentia in Causis, quae Coram ipsis tractantur, Vos Compellere -
 valeat sine Speciali mandato Apostolica Sedis, faciente ple-
 nam de Indulto huiusmodi mentionem, hec Vos facere, velim,
 plere teneamini, quod Super his huiusmodi Iudices vobis duxe-
 rint injungendum. Nulli ergo &c. Datum Anagnine V. Idus
 Julij Pontificatus Nostri Anno II.

Quibus quidem Literis Apostolicis, seu Bulla felicis Remi-
 niscentiae Domini Alexandri Papae IV. per praedictos Fratres -
 exhibitis, & presentatis per me Notarium publicum coram Testi-
 bus infra scriptis, peractis, & promulgatis, ad eorum Fratrum Requi-
 sitionem, eandem Bullam in hoc publicum Instrumentum sine
 diminutione aliqua redlegi & conscripsi, iustitia exigente. Acta
 & facta sunt haec Anno, Indictione, die, Mense, Hora, Loco, Pon-
 tificatu, quibus supra, presentibus ibidem Honorabilibus Vi-
 ris Udalrico Plebano praedictae Ecclesiae S. Nicolai, Stephano Sa-
 crarium Artium Magistro, ac Rectore Altaris S. Dorotheae,
 Volffgango Praedicatorum Alumnorum, Ladislao Rectore Capellae
 Beatorum Petri & Pauli Apostolorum Urbani Rectore Capellae
 S. Michaelis, Michaeli Rectore Altaris Sacratissimi Corporis
 Christi, & Georgio Capellano in praefata Ecclesia S. Nicolai, aliis
 que Testibus pluribus fide dignis, ad haec praemissa rogatis, pa-
 riter & Vocatis. Et ego Joannes natus quondam Gregorii de Za-
 choleza Presbyter Strigoniensis Diocesis Sacra Imperiali Au-
 thoritate Notarius publicus, quia praedictae Bullae exhibitioni,
 praesentationi, promulgationi, ejusdemque Transumptioni, aliis
 que omnibus singulis praemissis, dum sic fierent, & agerentur
 cum praenominatis Testibus praesens interfui, eaque sic fieri vidi,
 & audiui, ideo praesens hoc publicum Instrumentum manu mea
 propria scriptum exinde confeci, & in hanc publicam formam -
 redlegi, sigilloque, & nomine meo solitis & consuevis condi-
 gnari rogatus, & requisitus in fidelem, & Testimonium omnium
 & singulorum praemissorum.

Clauula Tran-
 sumpti Conjecta.

LV. Deferbuerat jam sensim amor ille populi, Proce-
 rumque erga Patres Observantes: ita Curiosum est Saeculum,
 minimis, nullisque saepe momentis amat, oculisque, Veteres -
 fastidit, Novellos ut Oracula suspicit, quos rursus versa scena,
 Veteribus pejus aversatur: deferbuit inquam amor ille, quo vi-
 vente S. Joanne Capistrano, medium dumtaxat ante Saeculum
 fovebantur, ac hoc quidem Anno, uti Provinciae Salvatorianae
 Chronologus

Anno 1500.

Chronologus P. Urbanus Fridrich pag. 14. scribit: „Anno
Jubilaei, dum omnes Barones Regni, & Nobiles ad Campum Pa-
lofs converfissent, tunc quidam Magnificus nempe Bartholome-
us Draki: forte Dragffy: & Petrus Gereb Regni Hungaria Pala-
tinus, & alii, ac Nobiles multi voluerunt Observantiam Mino-
rum cum Conventualibus Unire, ideo P. Vicarium Provinciae
Osvaldum in medium vocantes statuerunt, quem primo humi-
liter flagitantes, rogaverunt, ut suam Observantium Familiam
Conventualibus Uniret, adclitis quoque Comminationibus, quod si
non fecerit, ipsum Una cum Fratribus suae Observantiae e Regno
exire sint facturi: En poenam Talionis ad procuratas Literas
e publicis olim aequae Regni Comitibus Anno 1455. Buda Ca-
lixto III. Papae exaratas: his intellectis Vicarius perterri-
tus, vel ut aliam viam invenire posset, eisdem in Unione pro-
dicta Condescendit, & posthac juxta ultimam Opinionem de Unio-
ne cum P. Vicario Generali Ludovico de Turre coepit sollicitior
laborare, sed usque ad finem eluducere non potuit; quia ut
memini, secundum statum suum post duas Revolutiones ces-
sit officio. De praefata Baronum Comminatione Venerabilis Fr-
senex J. Stephanus de Sopronca Condam Vicarius, & Custos
de Uylak dicebat: Nec Regi, nec Regno in hac Unione obediens
ero, sed pro Sancta Observantia de Regno Hungaria exire pa-
ratus sum.„ Haec citata Provinciae S. Salvatoris Chronolo-
gia. Nempe Redivivi hi Fratres Machabei noluerunt Conta-
minari Consortio Conventualium.

LVI. Pro Coronide hujus Seculi e re nostra Arbitros
futurum, si exprimam, quid hoc Avo senserint Patres nostri
de professa paupertate, cujus transgressores ab Observantibus
paratragediando proclamabantur, ac etiam preterita per eisdem
& toties protestata Causa fuit cum Conventualibus Patribus
nostris recusata Unionis, quod ne praefixum brevitalis limi-
tem transgrediar, altius repetere nolo, quam ex ipso Capitulo
Generalis hoc presenti Anno 1500. Celebrato, in quo Consti-
tutiones, quae Alexandrinae ab Alexandro nimirum VI.
Pontifice, ex Observantibus Assumpto, vocantur, quia nimirum
ejus jussu, & adprobatione Concinnata, & edita fuerunt. Titulus
his Constitutionibus praefixus ex Chronologia Historico-Legali
ad hunc Annum est iste. „Incipiunt nova Reformationes San-
ctionum, seu Constitutionum Fratrum Ordinis Minorum edita
per Universum Capitulum Interamne Die II. Octobris celebra-
tum Anno Salutis M.D. jussu Sanctissimi in Christo Patris,
& Dni

Proceres Regni -
volunt Observantes
Uniri Conventualibus.

& Dni Nostri, Domini Alexandri Divina providentia Pape VI
 Assistente S. Theologia Professore, Magistro Agichio Delpchin: Ame-
 rino prefati Ordinis Generali Ministro, in eodem Capitulo unani-
 mi omnium assensu electo, ac prefati S^mi Dni Alexandri Com-
 missario Apostolico designato; In his Constitutionibus Ceteras
 inter expositiones Regulae S. Francisci idem fuit Sensus, Cap: IV.
 de proprietate vitanda, discrimen est Observantes inter & Refor-
matos ex Una, Conventuales ex altera partibus; hi equidem Capa-
 ces ponuntur Prædiorum, Legatorum inter vivos, & causa mortis,
 Donationum, aut non nomine suo, sed S. Romane Ecclesie per
 Procuratores recipiendorum, ac solum simplicem facti usum, quo
 quidem, ut ibi legitur: „ Vita Mortalium Carere non potest. Ex
 his, aliisque in eodem Capitulo contentis, illud eruitur, quod capi-
 tulum dictum Generale, ac Consectanei nostri etiam in Hunga-
 ria Majores Conventuales dicti, Prædia, Domos, Fundos, ubi & Le-
 gata, ac Successionum hereditariarum proventus, quemadmodum
 jam in Superioribus memini, juxta factas Pontificum Dispen-
 sationes, per Procuratores, seu Syndicos receperint nomine Seclis
 Apostolica. Eorum porro non fuit investigare, an hæc dispensa-
 tiones ob vel subreptitiae fuerint? eo præsertim, quod ipsum Ca-
 pitulum Generale consensu, & jussu Pontificis in suis memoratis
 Constitutionibus, ita censuerit, hæc nempe licita fore. Quare abs
 ullo conscientie remorsu, auctoritateque se accommodare potue-
 runt, nec tenebantur alijs Regulam strictius Observantibus se
 conformare, quando una, eademque lex in Observantia latitudi-
 nem compatitur, ut in jejunio ac alijs, que in indivisibili non
 consistunt, imò post assumptam jam Observantiam s: meam hic
 præscindo sententiam: / R. P. Emanuel Rodericus ipsemet Obser-
 vans Author Classicus: Questionum Regularium Tom. 2. q. 127.
Art. 5. ad questionem: Utrum Annuus redditus promissus, vel
legatus Monasterio Fratrum Minorum de Observantia pro Fa-
brica, Vno, Cera, Oleo, & Vestimentis pro Celebratione Missarum
sit validus? Respondet, dicendo his formalibus: Pro validitate
hujus legati facit primo: Aliud esse Ecclesiam, & Fabricam ejus,
& aliud Collegium, Conventum, vel Capitulum, quod eam tenet, qu-
bernat, & regit, prout notatur in jure, hic autem Testator non re-
liquit Fratribus Minoribus, neque eorum Collegio, nec ulli Singu-
lari eorum, sed Ecclesie, que non prohibetur taliter recipere; Nam
neque Nicolaus III. neque Clemens V. in suis Decretalibus, ne-
que ulla particula Regulae B. P. N. Francisci prohibet, velinqui-
aliquid Annuum eorum Ecclesiis, ut advertit Bartolus. Secundo:
quia ratio quare B. P. Noster Franciscus voluit Fratres suos
fore

Excusantur
 Majores Nostri.

fore mendicantes, ac in Arctissima paupertate vivere, est: ut toti penderent à Deo, & Solis illis, quae amore DEI sibi darentur per incertam mendicitatem victarent, ut Constat ex ejus Regula, hujusque Declarationibus; ast eorum incerta mendicitas non tollitur ex eo, quod aliquem certum redditum habeat eorum Ecclesia pro praedictis, quae ad victum & vestitum Fratrum non pertinent, ergo hoc legatum videtur valere, & in hanc partem videtur inclinare Gavarrus, quam expresse amplectitur Sylveira, quam ego quoque sequor, & defendo. Ita citatur P. Emanuel Roedericus, quod ipsum alibi propugnat de Legatis, & Redditibus juxta Panormitanum in C. Conquesti. Cap: ad haec de Religiosis Domibus. Pro Fabrica ipsarum Domuum, seu Conventuum factis, Quare praesumendum est, quod dum Majores Nostri hoc tempore bona immobilia, & redditus annuos per Procuratores receperunt, id nihilominus fecerint, aut fieri admiserint nomine Sedis Apostolicae, ac pro Fabricis dumtaxat Ecclesiae, & Conventus, aliisque ejusdem necessariis utensilibus, quae nempe ostiatim mendicando obtineri nequeunt, quod vel inde apparet: Cum semper, uti etiam in mox citatis Conventionis Litteris Veteris Buda inter duas Hungariae Provincias imite emanatis, indicatur: Vita suae Conservanda media Eleemosynam ostiatim Corrogando quaesiverint. Hinc iidem Patres nostri olim Conventuales tamen non à toto, à tanto tamen sicut uti Annuli impegerant, excusari debent, ac praecipue quidem à Tempore, quo sub Ministro Fabiano de Igal Anno 1454. Reformati, ac proinde Reformati Conventuales dicti fuerunt. Quis etiam credat id, quod ex Waddingo supra §. 29. Relatum fuit, eos mollioris Vestis, & laxioris Victus cum Veritate subsumptos fuisse, quando eundem ex praescriptis Constitutionibus gestavere vestitum, qui in tot Capitulis Generalibus Coordinatus fuit, qui laxioris Victus proclamari potuerunt, qui in praesidio duo sicut uti supra in Statutis hanc Provinciam Anno 1454. Reformatibus, praescriptum fuerat: ac Vespere Urinum, Cibaria habere? qui in Civitatibus Locis suorum Monasteriorum nec edere, neque bibere licite potuerunt, de liberiori autem Conversatione, quam aequè Waddingus ejimpingit, nihil aliud habeo dicere, quam si ii ita effusa Conversationis fuissent; Mundus itaque, quod suum erat amplius dilexisset; quando hac etiam aetate videmus eos, qui Potentiorum, Communiumque Divitum limina sapienter terunt, politicamque, ac Saeculo Conformem adgemulandi, Conversam, aliisque Normam edocti callent praeter ceteris, etiam praeter reliquos alios diligere, & aestimari, imò rudes, ac ineptos reputari, qui hinc

Aura populari Captanda, ad veti non sunt, si denique objectio fuerit iisdem Patribus nostris Conventualibus, se non usquequaque conformasse suis legibus saluberrimis; Censorios hosce Cato, nes, ut si ipsi in hocce puncto sine peccato fuerint, vel inde redas, quo, quod primi lapides in eos non miserint; Similia etiam jam a primordio Objiciebantur, Communitati Fratrum sub Clemente V. Anno 1312. in Clementina: Exivi de Paradiso. Ast Pontifex & Aquanimus ita loquitur: „Tamen Communitas Fratrum, & specialiter Rectores ipsius Ordinis aserebant, quod predicta, seu plura ex ipsis in Ordine non fiebant, quod etsi qui reperimur, tur rei in talibus vicide puniantur. Nec non contra tabula nefiant, sunt facta ab Antiquo Statuta in Ordine, multum stricta. „ Quare si praecipua, ac particulares errores nunquam Sapientum Arbitrio in Commune Redundantes seponantur, Patres nostros jam toties fatos Conventuales, ob adductas Rationes semper tutos, innocuos, ac obinde immerito, ac injuriosissime tanto opere vexatos, traductosque fuisse Concludo.

Finis
Tertii Saeculi.

ANTIQUARIUM

Provincia S^{ae} Mariae in Hungaria
Ordinis Minorum S. P. N. Francisci
Strictioris Observantiae.

COLLECTANEORUM.

Partis Primae Continuatio
In Quartum Ordinis, & Provinciae Saeculum.
Ab Anno Aerae Christianae 1500. ad 1600.

I. Saeculum hocce, quod ingredior,
Quartum Ordinis, ac Provinciae nostrae, felix initio, ac au-
spicatissimum fuerat, dum quippe domi, forisque sedatis
Animorum intestinis dissidiis, ac coercitis Conventus nostros
averruncandi rapacitatibus, in Alma pace Consisterent Majores
nostri; imo pro eorundem felicitatis cumulo accederet, ut tandem
post tot eventus, totque Verum discrimina volente & cooperante
Ludovico II. Hungariae Rege, diu desiderata, totque expetita vo-
tis Unio Patres inter nostros Conventuales Reformatos cum Ob-
servantibus subsequeretur, ac eidem Observantiae dimissis la-
xitatibus, & dispensationibus, haec eadem Provincia nostra Hun-
garia fasces submitteret Anno 1517. uti ex sequentibus ube-
rius patebit. Ast privata haec Solatia vix parvulum delibata,
in publicum moerorem, & luctum, vix integro Saeculo reparandum
degeneravere. Namque ut luctuosam Regni totius Conversionem
que fatalem Senti nostra Cladem Mohatsianam consecuta est,
per brevi memoria complectar. Mox ubi publicus Rumor turba-
tam fatali Ludovici II. Regis Anno 1526. in Campo Mohato
interitu, totam Hungariae Rempublicam pervaderet, malorum
omni ex parte irruentium Tragedia initium sumpsit, Religio-
nem cumprimis, & praevis tutam legibus pietatem vehementer
confudit. Nescias profecto an excitata victorij Turcarum rabies,
in totam

in totam fere Regionem sensim diffusa? An Haeresis e Permania
 per Saxonos Transylvanos ad Hungaros promota, in florentem
 Sexcentis prope Annis Ecclesiae integritatem majori Anclacia de-
 traxerit, Episcoporum enim, & Procerum in pugna Mohatsiensi
 casorum jactura Animati peregrini eloquentis Propola, rupto
 velut aggere ad omnem se Regionem protrudebant, quorum post
 ea Consilio ad legem a Luthero publicatam, Sacrata Deo loca-
 metu hostium deserta in fana Novi Ritūs redacta sunt, pulsa
 Religiosorum examina, damnati ad exilium Sacerdotes, his ac-
 cepit avichitas Secularium Nobilium, & Magnatum, preser-
 tim A catholicorum, uti etiam Civitatum Liberarum bonis Eccle-
 siasticis. Vide Martinum Gent-Jvanyi e Soc: Jesu Disert:
 Paral: fol. 126. Atque Monasteriorum possessionibus intian-
 tum, qui non paucas Praeposituras, Abbacias turbulentissimo
 illo tempore invaderunt, imo & Episcopatum Latifundia usur-
 paverunt: uti haec fuisse apud Istvanfium ad Annum 1527. ad-
 notantur, dissipati fuerunt, itaque lapides Sanctuarii; Plebs de-
 mum Communis tumultu Civili Concitata fuit, que sicut ad li-
 bertatem magnopere aspirabat, ita obsequium se Deo prestare
 credidit, si post habitis Majorum Sacris, Principum suorum,
 demique imperio soluta, Ecclesiae Catholica, ejusque sana do-
 ctrina primi Instituti Magistros, ac Religiosos perditum iret,
 Continualis dein intestinis Bellis, cum Joannes Zapolya, Tran-
 sylvania Vajvoda a factiosij tumultuose in Regem Hungariae
 Tokajini proclamatus contra Ferdinandum I. Ducem Au-
 striae, ac postea Romanorum Imperatorem, Posoniique in pu-
 blicis Regni Comitij in Regem Hungariae electum, extremam
 opponeret vires, nec tamen par obsistendo foret, in Turcarum
 fidem & Clientelam perpetuo sui nominis, cledecore & extrema
 Regni pernicie se cledidit, qui Congenito barbaro furore, ut Chri-
 stiani nominis inimici omnia Sacra invertabant. Ferdinandus ve-
 ro Rex vicisim Lutheranorum Principum opera ad Bellum
 hoc proseguendum, quibus deinde Calvinianorum etiam ser-
 pens propago acceperat, uti adactus fuit, sicque ille Turcis, hic
 vero novis Sectis s: licet occasionaliter tantum, ac litum in-
 Hungariam aperuit.

Facies hujus Sa-
 culi describitur.

x) Candidatio
 ejus fuit die 17.
 Dec 1526. in
 refectorio S.P.
 Thomascensium
 P. Anitidu.

II. Senserat etiam haec Nostra Hungaria Provincia hanc
 Communem Patrice Calamitatem, ut quamquam priore Saeculo
 post captam Constantinopolim, plures in Syrmio, & Transyl-
 vania, fimitimisque locis Conventus amiserit, ac per Observan-
 tes etiam Hungariae P.P. Cherientes, hodie Salvatorianos, Septem
 Conventus

Facies seculi huius
etiam quoad Provin-
ciam nostram.

Conventus adempti fuerint, hocce tamen Saeculo Quarto Ordinis,
ac Provincia nostra incunte quadraginta Conventus numeraret, nem-
pe Budensem, Insula Leporum, Sicambriensem, seu Vetero-Bu-
densem, Varadiensem, Debrecziniensem, Szatmariensem, Bereh-
Lazsiensem, Telegdiensem, Zegediensem, Lippensem, de Arachia,
Albensem, Rosytheliensem, Caspoviensem, de Varano, de Falkoff,
Quinque-Ecclesiensem, Szigethanum, Szegudiensem, de Kanisa,
de Zemenye, Varadiensem, de Luchbreggh, de Kaproncza, Zagra-
biensem, de Porbonak, de Veröcze, de Posgavar, de Nechce, seu
Zespice, de Zeglach, Laurinensem, Posoniensem, Sopromiensem,
Sabariensem, Tyrnaviensem, Agriensem, Leutsoviensem, Bistri-
censem in Transylvania, uti & Cobiniensem, & de Szász-Város.
Ast terminato hocce Saeculo sex clumtaxat, accidis jam reliquis,
remanserunt: tres nempe in Hungaria Posoniensis, Tyrnaviensis,
& Sopromiensis; totidemque in Croatia Zagrabiensis, Varadiensis,
& Ormodiensis. Misericordia sane Domini, quia penitus Consum-
pti non sumus, cum tamen tot aliae florentes olim in Hunga-
ria Religiones isthoc fatali Saeculo, ut nunquam amplius redive-
rint, & excidium subierint, ac ipsa etiam Salvatoriana Provincia,
que sub initium huius Saeculi Conventus, minoraque domicilia 13.
& in his 1472. Fratres numeraverat. Ita Chronologia Provinciae
Salvatorianae ad hos Annos. In exitu dein ejusdem Saeculi quat-
vor clumtaxat, eosque fere desolatos Conventus recensere potuit.
Sed ut ad Argumentum operis revertar.

Anno 1502.

Eligitur Minister.

III. Fr. Andreas de Bachia deposito Gregorio Ministro
in Veteri Buda Vicarius Constituitur, & postmodum in Capitu-
lo Zemenyiensi Anno 1502. Minister trigessimus primus eli-
gitur, & Confirmatur. Ita Archivum nostrum. Nec aliud sui Re-
giminis tempore, quod quinquennio obtinuerat, nisi Intermedi-
um Unicum Capitulum Varadim Anno 1505. Celebravit.

P. Wadclingus hanc
nostram Provinciam
suo excludit
Catalogo.

IV. Rendus P. Lucas Wadclingus post hunc Annum te-
xit Catalogum Provincialium Ordinis ad Annum 1506. &
hanc nostram Hungariae Conventualium Reformatorum dicta
omittit, eo nimirum, quod dicto Anno jam Observantes sua
distincta a Conventualibus celebraverint Capitula, uti etiam su-
os distinctos Vicarios Generales obtinuerint, nec quicquam cum
Patribus Conventualibus commune patiebantur, praeter unicam ad
Ministram Generalem e Conventualibus assumi solitum, subor-
dinationem, quin tamen a nutibus ejus in sua Regenda Obser-
vantium Familia dependerent, atque ideo cum nihil ad eos perti-
neret

neret P.P. Conventualium Ordo, hanc quoque nostram Provin-
ciam suo exclusit Catalogo, idem pramemoratus P. Waddingus
in suis Annalibus.

V. Tentaverunt hoc tempore nonnulli Ecclesiarum Pralati, Pa-
tres nostros ad solvendam eis decimam, adigere, Verum pretensioni
huic illegali, ac iniuriae, obviatum fuit sequenti Decreto, quod auten-
tice transumptum superest hodieclum in Archivo Provinciae Nostrae,
cujus Tenor ita sequitur:

Tentant Pralati de-
cimam a nobis exige-
re, quorum illegalis
Contentus reprimatur.

In Nomine Domini Amen.

Notum sit Universis praesens publicum Instrumen-
tum visuris, lecturis, & mandaturis, pateatque cunctis evidenter:
quod Anno a Nativitate ejusdem 1502. Indictione V. Ponti-
ficalis S^mi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Ale-
xandri Divina providentia Papa VI. Anno ejus X. Die vero
Mercurii Sexta Mensis Aprilis circa horam Septimam, vel
quasi, in Civitate Posoniensi Dioecesis Strigoniensis in Domo Ve-
nerandi in Christo Patris, & Domini Domini Nicolai Praepositi
Ecclesiae Collegiate S. Martini, alias S. Salvatoris praedictae
Civitatis, & Stubella ejusdem solita in mei Notarii publici, Te-
stiumque Subscriptorum, & ad hoc Vocatorum, specialiter & rogato-
rum praesentia, personaliter Constituti Religiosi: Ambrosius -
Pardianus Claustris S. Jacobi Civitatis Tyrnaviensis supra dictae
Dioecesis, Benedictus Custos Claustris B. Elisabeth in Laurino,
Uelabicus Pardonianus, & Joannes Kromporitzer Organista Clau-
stri B. Mariae Virginis saepe dictae Civitatis Posoniensis, Fratres
Seraphici Ordinis S. Francisci exhibuerunt & obtulerunt, &
praesentaverunt in eadem Stubella Praedicto Domino Praeposito -
Magistro Joanni Intham Custodi, & Canonico, atque Magistro
Matthia de Drumpach Beneficiario Antefatae Ecclesiae S. Marti-
ni, tamquam Subcollectoribus Decima Archiepiscopatus Strigo-
niensis, binas Mandatorias presentes a Religioso in Christo Pa-
tre, & Dno Dno Petro Miseratione Divina Tituli S. Cyriaci in Ther-
mid S. Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinale, & Apostolica Se-
dis ad Hungaria, Bohemia, & Polonia Regna Legato emanatas,
in duplici papyro scriptas, sigillisque ipsius in fine medie-
Scripturae in papyri plicatura impressis, consignatas, & roboratas,
in quantum Sigillum medio in Clypeo in Cera Rubra apparebat,
Vosa circumplecta, & in fine Scripturae Titulus Protonotarii tali-
ter subscriptus: Phi prothon: Senen: post illarum productionem
alta,

Transumptum
Posoniense.

Alta & intelligibili voce de Verbo ad Verbum legi fecerunt, & pu-
blicari, quibus itaque lectis supra dictus Fr. Ambrosius, mox &
in Continenti petens, & Requirens me Notarium publicum infra-
scriptum, ut tenorem eorumdem Literarum mandatoriarum, &
transumendo, & transcribendo in publicam Instrumenti formam
redigerem, quarum quidem Literarum Tenor per omnia sine di-
minutione, & augmento aliquali sequitur, & est talis.

Petrus Miseratione Divina Tituli S. Cyriaci
in Thermis S. Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis,
Regnorum Hungariae, Bohemiae, & Polonia ac Apo-
stolicae Sedis Legatus.

Dilectis Nobis in Christo Collectoribus, & Sub-
Collectoribus Decima per Regnum Hungariae ubilibet
constitutis Salutem in Domino Sempiternam.

Ex parte Vicariorum, Guardianorum, ac alio-
rum Fratrum Ordinis Minorum Conventualium S. Fran-
cisci in eodem Regno existentium, nobis expositum fuit, quod
vos ipsos ad solvendum Decimam non solum de possessionibus
& aliis eorum bonis certis, sed etiam de Eleemosynis per pu-
blicum questum per eos quaesitis, & aliunde eis provenientibus,
cogitis, & compellitis. Quare Nobis humiliter supplicarunt, ut
eis terminum ad solvendam Decimam de possessionibus & aliis
certis bonis usque ad reditum Regiae Majestatis in Budam
prorogarem; de Eleemosynis vero ad aliquam solvendam De-
cimam illos ne cogeretis, Vobis mandarem. Nos igitur Au-
thoritate Apostolica, qua fungimur, in hac parte discretioni-
bus Vestris, & cuilibet Vestrum committimus, & mandamus: qua-
tenus ne dictos: Vicarios, Guardianos & Fratres ad solvendam
Decimam de Eleemosynis, & bonis incertis compellatis. Terminum
vero ad solvendam Decimam de possessionibus, & aliis bonis cer-
tis usque ad reditum Regiae Majestatis prorogatis, sicut nos
etiam eis prorogamus; quia coram Nobis idonee caverunt, Cen-
suras in aliis Literis nostris contentas incurrendo, quas ipso-
facto absque alia declaratione incurrere volunt, in contrarium
facientibus, non obstantibus quibuscunque. Datum Budae
Vesprimiensis Diocesis sub nostro Sigillo presentibus impresso
Die 24. Mensis Martii Anno Domini MDII. Pontificatus
Sanctissimi in Christo Patris Alexandri Divina providentia
Papae VI. Anno X.

Littera Cardinalis
Legati.

Altera Mandatoria fuit ejusdem prorsus tenoris pro Abbatijs
suis & Monialibus Ordinis S. Clara in eodem Regno existentibus.

Unde Ego Notarius infra-scriptus, ad ejusmodi Requi-
sitionis instantiam perpendens: quod justa petentibus, non est de-
negandus assensus. Idcirco ad petitionem Fratrum supra dictorum,
in parte hac favorabiliter, ut ex Officio meo teneor, inclinatus, & pro-
cipue Fratris Ambrosii predicti, qui in manibus suis tenebat eadem
Chartas sanas, salvas, & integras, non cancellatas, non vitiatas, non
abrasas, nec in aliqua eorum parte quomolibet suspectas, sed om-
ni prorsus vitio, & suspitione carentes, de verbo ad verbum nihil
addendo, nihilque minuendo transcripsi, transumpsi, in hanc pu-
blicam formam redelegi, conscripsi, & signavi uberiorem ad Cante-
lam. Acta sunt haec Indictione, Pontificatu, Die, Hora, loco,
quibus supra, presentibus discretis, & Honorabilibus Viris
Magistro Mathia de Strumpach Subcollectore, & Augustino-
Engnestorfer Beneficiatis Ecclesiae S. Martini supra nominatae
Testibus ad praemissa vocatis, specialiter & rogatis. Et ego Chri-
stophorus, Conradus, Caldariensis Literatus de Wertheim Her-
bipolensis Dioecesis Imperiali Auctoritate Notarius publicus,
& Index Ordinarius &c: Quia praedictarum Literarum exhibi-
tioni &c: hoc praesens publicum Instrumentum confeci &c: Si-
gnoque, & nomine meis solitis consignavi, & subscripsi &c:

Clausula Transum-
pti Pofoniensis.

VI. Quamquam Catalogus Ministrorum Archivi no-
stri nullum hoc Anno 1507. Ministrum electum indicet ad An-
num 1511. ex altero tamen Capitulum Catalogo, ubi etiam
ex Constitutionibus Anno 1508. editis, manifeste evincitur,
hoc memorato Anno ¹⁵⁰⁷ altera jam vice electum fuisse in Mini-
strum jam Trigesimum secundum R. P. Lucam a Szegusdino
in Capitulo Agrae celebrato. Constitutionum ab eo editarum s:
que in Archivo Provinciae aservantur. Prologus est iste: Nos
Fr. Lucas de Szegusdino Ordinis Minorum Sacrae Paginae Profes-
sor, Provinciaeque Regni Hungariae Minister & Servus, ac Responsum
P. Generalis Ministri in eadem Vicarius, & Commissarius cum ple-
nitudine potestatis licet immeritus, Omnibus Fratribus hujus
Provinciae tam presentibus, quam futuris salutem & pacem in Dno
sempiternam. Circumspiciens Animo Vigilanti Statum, & mo-
dum vite vestrae Fratres in Christo Jesu dilectissimi, nonnulla
mibi occurrunt, Animarum Vestrarum salutem, & Regularis vite
punitatem impeccientia. Volens igitur talibus obviare defectibus
ne multiplicentur, & suffocent in vobis Spiritum Domini, ex matu-
ro P. P. & Fratrum Nostrorum Consilio, & assensu in presenti Con-
vocatione


Anno 1507.

Minister reeli-
gitur, qui Consti-
tutiones edidit, ac
Capitulum celebravit.

vocatione nostra: Congregationem, seu Capitulum Intermedi-
um nunc dicimus: Albensi Anno Dominica Incarnationis
1508. Die 2. Mensis Februarii Congregatorum, Sequentes Arti-
culos pro vestra Reformatione, & Salubrioris vite Institutione-
Ordinavimus, quos ab omnibus inviolabiliter Observari mandavi-
mus &c.: „ Ast de his Statutis Vclibit Sermo loco opportuniore.
ad Annum 1523. Celebravit ~~præterea idem ipse Minister Lu-
ca de Segusclino Capitulum Quingue-Ecclesijs per Stephanum
Ituanffy, seu Patrocinio ejusdem Anno 1509.~~

Anno 1508

Eligitur Mini-
ster Celebrantur
Capitula.

VII. Sive Renunciatione Officii, sive morte ejusdem Mi-
nistri Patris Luca de Segusclino intercedente, hoc rursus An-
no 1508 Electus fuit Fr. Antonius Magni Trigesimus Tertius
Minister in Capitulo Varaschiensi pari omnium voto. Ita Fr.
chivum Provincia. Reperat Provinciam hanc Nostram Minister
hic Antonius Annis 15. Supervixitque terfaustum, ac tantis
priorum Fratrum votis exoptatum tempus, quo hæc eadem Pro-
vincia Nostra Repudiatis laxitatibus, ac in paupertate dispen-
sationibus Pontificijs, Observantiam Regularem amplexa fuit ac
deinde Provincia S^ce Marie denominata. Celebravit hic Mini-
ster plura Capitula, ac præprimis quidem hoc ipso Anno Segus-
clini, ~~in quo ipse electus fuerat~~, quodque impensis Georgii Batho-
rii provisum fuit. Alterum Capitulum habuit ibidem Segusclini
Anno 1514. per eundem Bathorium fortasse Palatini Stepha-
ni Fratrem tempore Cruciferorum: uti adnotavit Archivum No-
strum: seu quod verosimillimum Conjici potest, tempore illo
quo per Thomam Bakacs Cardinalem, & Archi-Episcopum Stri-
gomensem Cruce-signati Optima quidem intentione conducti,
ast eventu pessimo, in suos legitimos Dominos tumultuabantur.
Tertium Quingue-Ecclesijs Anno 1516. Moeconate Emerico-
Prényi Regni Palatino. Quartum Varaschi Anno 1518. Patrono
Joanne Gyulai. Quintum tandem Debrecini per Matrem Joan-
nis: postea Regis: Szapolya: nimirum hæc pia Matre Sum-
mus administrante. 

Anno 1517.

VIII. Jam Sex Capitula Generalissima per varios Suc-
cessive Pontifices pro toto Ordine in Unam puram Regulæ
Observantiam adunando fuerant celebrata ab Anno 1430. quo
Papa Martinus V. Apsidii primum indixerat. Ast quia Fra-
tres de Communitate, seu Conventuales priora repetere, & obti-
nuere Privilegia, neque hoc, neque sequentia quingue alia Capi-
tula Generalissima Optatum tantopere habuerunt ejusmodi Unio-
nis

¶ Quo demum zelo Regularis inclucende in Provinciam Ob-
servantiae flagraverit hic Minister, Statim initio Regiminis
sui testatum reddidit, cum bona stabilia Conventus Veroczen-
sis abalienavit. Superest in Archivo Provincie nostrae Exam-
plar hujus factae abalienationis in paribus cum expressione
Sigilli Provincie nostrae, quod moderno non tam simile, quam
simillimum est, praeter inscriptionem, quae sequentem exhibet:
S. Fratrum Minorum Ministri Provincie Hungariae Li-
terarum Tenor est iste:

Nos Frater Antonius Magni de Szegus,
clino Ordinis Minorum, & Sacrae Theologiae Professor,
Provinciaeque Regni Hungariae Minister & Servus, nec
non Rectoris Patris Generalis Ministri in eadem Vica-
rius & Commisarius cum plenitudine Potestatis,

Damus pro Memoria

Quod Nos consideratis Sacri nostri Ordinis, & Pro-
vinciae praefatae Statu simul & profectu, prout etiam eramus
admoniti ex Mandato Apostolico, ut Sacer, & professa Regu-
la, & Observantia ejusdem postulat Bonis, & Juribus Possessio-
nariis habitis, possessionisque & habendis deberet expropriari &
Conventus noster de Verocze, ab Antiquo fundatus a Devotis Ord-
inis, in Bonis Condecenter sit providus, hinc est, quod Nos ex Con-
sensu, & Determinatione primum Venerandorum Definitorum, Cu-
stodum, Discretorum & aliorum Reverendorum Fratrum Voca-
lium in Capitulo Varaschiensi Anno praedenti Dominica Incar-
nationis 1508. legitime Celebrato Congregatorum, Totalem por-
tionem Possessionariam ipsius Conventus, sive Clausuli de Verocze
Molendinum duarum Potarum in Fluvio Verocze
Vize vocato decurrend, ac tredecim Sessiones Sabbationales pro-
pulosas, & alias quaslibet desertas in Oppido Verocze vocato,
in Comitatu de Verocze existens habitam, & adjacentem, nec non
Unam Vineam ad ipsum Clausulum pertinentem in Promon-
thorio ejusdem Oppidi existentem. Item Totale Felonium
Ejusdem Conventus, sive Clausuli ibidem exigi solitum, ac
provenire debent simul cum cunctis suis utilitatibus, &
pertinentiis quibuslibet Terris: scilicet arabilibus, Cultis, &
incultis, agris, pratis, pascuis, Silvis, Nemoribus, Mon-
tibus, Vallibus, Vineis, Vinearumque Promonthorijs, Aquis,
fluvij, aquarumque decursibus, Molendinis, & eorundem-
locis, generaliter vero quarumlibet Utilitatum, & pertinen-
tiarum suarum integritatibus, quovis Nomine vocabulo Vo-
citatis

citatis ad eandem de jure & ab antiquo spectand, & pertinere
deben, Terris etiam arabilibus precise ad Urbem Eiusdem Con-
vent, pertinent, exceptis duntaxat foenetis modo simili directe ad
Urbem dicti Conventus, seu Claustrum possessis in Territorio di-
cti Oppidi Verocze adiacent omni eo jure quoad eundem Con-
uentum, vel Claustrum pertinebat, Literisque, & Literalibus
Instrumentis superinde Confectis, & emanatis ad manus Ma-
gnifici Domini Joannis Banffi de Also-Lyudua Pincerna-
rum Regalium Magistri in perpetuum dand, donand, & assi-
gnand duximus, imo damus, donamus, & assignamus, tibi
Conditione mediante, ut idem Dominus Joannes Banffi tam-
quam Patronus Pratius, & Benevolus praescriptam totalem
portionem dicti Conventus de Verocze in dicto Oppido Verocze
habitam, & Telonium ibidem exigi solitum pro condigno pretio,
juxta scilicet estimationem proborum Virorum ad se recipere,
ac pro se Ipso, & suis Haereditibus perpetuo retinere possit, &
valeat, ac pretium earundem ad necessitatem praescripti Con-
uentus, vel Claustrum juxta exigentiam necessitatum ejusdem
exponat, & administret. Hoc autem Ordinatum est in praesen-
tito Capitulo Nostro Varaschensi celebrato, per nos Magrum
Antonium, ac Venerandos Patres Definitores: videlicet Joan-
nem de Segurdino, Gregorium de Crisio, Michaellem de Bu-
cherl, Franciscum de Lippa, nec non Venerabiles Magros
Lucam, & Orvaldum, Una cum Custodibus, & Puardiamis va-
rum Literarum testimonio, & vigore mediante Consignatarum
& totius praefatae Provinciae Sigillo. Datum in Sacro Conventu
Nostro Veteri-Budens Anno quo supra in Octava Sancti
Laurentii Martyris.



Fr. Antonius qui supra
m.p.

nis effectum. Tandem ergo Leo X. Septimum Capitulum Generalissimum Rome in Conventu Ara-Coelitano Anno 1517. indixit, in quo Requirentibus Imperatore, Regibus, ac inter hos Ludovico Hungariae, & Bohemiae Rege, omnibusque propemodum Catholicis Principibus, quos Bulla: Ite Vos in Vincam meam. Enumerat. Vide Chronologiam Historico-Legalem ad hunc Annum. Unio haec licet non omnino plene ad intentum Pontificis, est tamen ad effectum deducta quoad potiore Ordinis partem, Pontifex equidem intenderat, ut totus Ordo tam Conventualium, quam Observantium, uti & Clarenorum, Amadaeorum, de S. Evangelio, Sen de Caputio, Coletanorum, ac etiam Reformatorum, qui tametsi vitam reformatam amplexi fuissent, Conventuales tamen sicuti haec nostra Provincia: dicebantur, in unum corpus, sub uno capite, rejectis dispensationibus sub pura Regula Observantia, omni penitus difformitate sublata, adunarentur. Convenientibus porro omnibus Patribus utriusque Familiae: Conventualibus, & Observantibus, nec non Clarenis, Amadais, Coletanis, de S. Evangelio, Reformatis, quibus eorsum venire ex officio, & mandato Pontificis incumbebat. Propositum fuit a Summo Pontifice Leone X. An omnes in unum vivendi modum, sub eodem habitu, eisdemque Legibus de cetero convenire vellent? Responderunt omnes Regularis Observantiae Sectatores, omnes Reformati, Clareni, Amadaei, Coletani, de S. Evangelio dicti, se in illam Unionem libentissime ituros, dummodo Observantia Regularis nihil detrimenti patialur, & Patres Conventuales Antea non Reformati, quarumcumque rerum proprietati tam in Communi, quam particulari, quibus cumque demum redditibus, & Privilegiis revera, & cum affectu renunciarent. E contra P.P. Conventuales non Reformati resolvunt, se malte cum Privilegiis Apostolicis vivere, quam ad Observantium Classem transire, cum hac ratione tutissimi forent in Conscientia, nec vellent his rejectis, sese periculis infinitis illaqueare.

Leo X. Capitulum Generalissimum indicit pro omnimoda Unione Conventualium & Observantium.

Observantes Unio, qui subscribunt sub pura Regula Observantia.

Conventuales recusant.

IX. Videns itaque Pontifex Unionem stabilem inter membra adeo discidentia non esse sperandam, Statuit sicuti exclusis, & separatis Conventualibus non Reformatis: ex omnibus nempe & solis Regulam S. Francisci pure, & simpliciter Observare volentibus, unum corpus Religionis homogeneum in heterogenea misere antea discissum, deinceps componere, & consolidare, tanquam ex majori parte Suppositorum Ordinis. Quare Conventuales non Reformatos, seu mere Conventualiter viventes, Pontifex ab electione Ministri Generalis excludi jussit, eamque ad Observantes, & Reformatos dumtaxat revolvit, decrevitque, ut ex his eligendus foret

Pontifex Electionem Ministri Generalis ad solos Observantes, & Reformatos, & Conventuales devolvit.

foret totius Ordinis Fratrum Minorum Minister, & quia Electio huiusmodi secundum Regulam fieri debet à Ministris Provincialibus, & Custodibus, qualificavit omnes Observantium Vicarios, & Discretos, ut ii Ministri Provinciales, hi vero Custodes essent, voluitque duos & singulis Provincijs, in quibus aliqui erant Conventus Reformati, electos ab istis Conventibus voces Provincialium, & Custodum non Reformatorum, seu mere Conventualium prout dixeram exclusorum, pro ista vice supplere, & Electionem ab ipsis faciendam, declaravit fore legitimam, & Canonicam, ubi inter ea donec de his uberius tractaturus sum suo loco, Observandum moneo: quod hec Provincia nostra non unum, alterumve dumtaxat Conventum habuerit Reformatum, sed tota quantam Reformatam existerit ab Anno 1454. Uti ex dictis, & dicendis amplius patet: tamen si nomen Observantium eodem Anno 1454. non assumpserit, ac immediate ipsi Ministro Generali ex Conventualibus assumi solito paruerit. Constitutiones enim tam Anno mox insinuato, quam 1508. sub P. Luca de Regudino pro Reformatione edita, totam quantam hanc Provinciam affectere, ac ideo Minister huius Provincie, qui huius Septimi Capituli Generalissimi tempore fuerat P. Antonius Magnus cum suo Custodem Custode in hac Electione suffragatus fuit, nec ambigendum est eum presentem fuisse, cum hoc tempore Patria nostra in Alma undique pace Consisteret, ac ipsemet Ludovicus II. Hungariae Rex hinc Unioni: ut jam meminimus nostros inter Maiores Conventuales nempe Reformatos & Observantes Hungariae Cherientesis se interposuerit apud Pontificem, cuius Regis pro hocce Conatus non comparendo declinare voluisse eundem Ministrum, presumendum non est. Utinam exstarent in Actis huius Capituli Generalissimi nomina eorum, qui pro Electione Ministri Generalis Suffragia tulere, est ~~multa~~ suspicia reperiri potuerit.

X. Minister deinde Generalis Totius Ordinis Fratrum Minorum Fr. Christophorus de Forlivio Anno eodem 1517. Rome electus fuit ex Vicario Generali Observantia, quem Pontifex ut talem, tradito ipsi Sigillo cum totius Ordinis Jurisdictione: ut habetur in Actis Capituli illius Generalissimi: Confir-mavit decernens: ut impostero Ministri Generales essent Generales, ac quantum Circumstantie admitterent Provinciales Ministri Triennales, ut ita via precluderetur divisionibus, quibus inquit Pontifex in Citata Bulla: causam cederant Pralatorum diversitas, perpetuitas, ac vita non Reformata ceterorum Fratrum & hoc modo univit omnes Reformatos, etiam sub Ministris: quales

Rex Hungariae stultus
del Unioni Conventuales
Reformatos
inter Observantes.

Eligitur Minister
Generalis totius Ordinis
Observantium
cui sigillum
Ordinis traditum fuit.

quales Patres nostri fuerunt: Observantibus, Sublatis aliis Nomi-
nibus, Sub uno Nomine Observantium, & Uno Capite Ministro
Generali. Conventuales vero non Reformatos, seu mere Conven-
tualiter viventes: quales eo tempore nulli in Hungaria fuerunt:
 reducens ad aliud distinctum Corpus Sub Magistris Generalibus,
 ac Provincialibus. Et successive dein mutata Professionis forma ea,
 tenuit solum Univiti Ordini, quatenus Conventualium Magister
Generalis a Ministro Generali totius Ordinis, deinceps ex Ob-
servantibus semper assumendo, sicut & Magistri Provinciales re-
 spectivè a Ministris Provincialibus Observantium Confirmatio-
nem Officii Sui petere, & accipere debuerant. Quae omnia patent
ex Bullis Leonis X. Ite Vos. Et altera Concordia: Omnipo-
tens Deus. Vide Chronologiam Legalem Historico ad hunc An-
num. Egit porro Pontifex id, quod tanto Ecclesie fastigio Divi-
nitus indita Sapientia dictaverat, a Conventualibus nempe:
 a tempore Concilii Constantiensis ita nuncupatis: Sigillum,
Prima que Ordinis, nec non Ministri Generalis secundum -
Regulam electi, Officium ad Observantes transferendo, quam
 quam enim iidem Conventuales numera, & potentia prevalere
occeperint, quia tamen Regulam non in Sua puritate, sed mitiga-
tam, relaxatam, & dispensatam servarent, ideo Pontifex eos Ob-
servantibus postposuit, Animo Reputans: Cujusvis demum pro-
fessa Regulae Observantiam priorem, Anteriorem que necessario epe-
ipsius dispensatione, mitigatione, & Relaxatione. Extunc Separati
a Corpore Observantia PP. Conventuales non Reformati, pri-
num Suum post Separationem ejusmodi Generale Capitulum -
celebraturi, ad Ordinationem Pontificis se se pariter congregave-
rumt, extra locum Ara-Coeli, in Conventu ad S. Apostolos ibi-
dem Rome, eligentes in Suum Primerium Frém Antonium -
Marcellum, sed contra Bullam: Ite Vos. Sub Titulo Ministri
Generalis Fratrū Minorū Conventualium. Quam proinde Ele-
ctionem factam taliter, Pontifex vehementius commotus, capavit
 & annullavit per Bullam: Nunciatum Vobis. Die 12. Julij,
 & sub poena Excommunicationis late sententia ipsi injungerat,
 ut statim electionem ita de se factam, nullam pronunciet, fa-
ctam autem dein sub Titulo Magistri Generalis confirmavit
 quam etiam ratificavit Minister Generalis Observantium Pr-
Christophorus a Forlivio per distinctum Articulum in Concor-
dato Super Constitutionibus Leoninis inter Utrumque Genera-
lem elito. Vide hoc uberius in Chronologia sepe citata. Cu-
jus Concordati Articulus primus continet Renunciationem Min-
istri, & Acceptationem Nominis Magistri ab Antonio Marcello
Conventualium

Patres Conventuales eligunt Magistrum Generalem.

Renunciat Magister Generalis Titulo Ministri.

Conventualium Generali liberè factam juxta Constitutionem Pontificis. Prædicta Confirmatio Magistri Generalis Conventualium per Ministrum Generalem Observantium ab hoc Pontifice præscripta, successivè exolevit, ac obinde nulla penitus hunc nostrum Ordinem inter, & Conventualium Conregio, aut unionis species remansit.

Annò 1521.

XI. Quanto pere ariderit Poceribus, & ipsi Regi Hungarie Ludovico II. hæc Patres nostros Conventuales inter & Observantes Cherienses nuncupatos per Pontificem Leonem X. aperta, & stabilita sub eodem immediato Ordinis Capite in Corpus Tomogenenum Unio, vel exinde manifestum redditur quod hoc Anno 1521. Quadriennio nimirum postquam in Capitulo dicto Generalissimo Celebris illa Unio unita fuisset, Diploma seu Privilegium sua propria manu subscriptum elargitus fuerit, cuius singulorum Conventuum Confratres, seu Syndici ab omni Dacia, Contributione, & lucro Camere Regie quoad Unionem, seu Curiam, quam quis incoluerit, immunes pronuntiati fuerint, ut in eo majori cum sedulitate, munere Syndici Apostolici fingerentur in Conventibus. Diploma istud præstat in Archivo Provincie Nostræ in Authentico Transumpto: primitus quidem Capituli Budensis ad Instantiam Fratris Ladislai de Rabol Puardiani Religiosorum Fratrum Ordinis S. Francisci in Claustro B. V. Mariæ Posomiensi &c: Annò 1522. quod Diploma s: ut Transumptum testatur: ipse dictus Puardianus in Pergameno privilegialiter confectum, sigilloque Regis secreto in pendentem consignatum, transcribendum, & transumendum exhibuit. Aliud rursus adest ejusdem Diplomatidis Transumptum Annò 1604. ad Instantiam Ministri Provincialis P. Alexandri Ebeczky, ac Antoni Boldogh Conventus Posomiensis Vicarii Authentice confectum, cui tam Regis Littera, quam transumptum Budense inserta sunt. Diplomatidis & Privilegii Tenor est iste:

Ludovicus DEI Gratia Rex
Hungariae & Bohemiae &c:

Memorie commendantes Tenore Presentium, Significantes Universis, quibus expedit: quod Nos intellegendes Religiosos Fratres Ordinis Minorum S. Francisci in hoc Regno nostro Hungariae, & partibus sibi Subjectis degentes, Universis ipsorum bonis, & juribus temporalibus cessis,

se, & ab aliquo tempore solis Eleemosynis se se sustentare capis,
 se, tum igitur ex eo, tum vero ob spem, & devotionem, qua erga Di-
 vum Franciscum singulari afficimur, & ducimur, prefatis Fra-
 tribus hanc Specialem prerogativam Statuimus, & decernimus An-
 mendam, atque Concedendam, ut ipsi ubique in hoc Regno nostro, &
 partibus sibi subjectis, ad quoclibet Claustrum eorum unum Con-
 fratrem: seu Syndicum: Similis Conditionis hominem ad Collectio-
 nem, & Conservationem Eleemosynarum, que ipsis pie elargiuntur,
 possint Constituere, atque Ordinare, quo autem eis ad hac facilius
 pateat accessus, omnes & singulos illos, qui hujusmodi Confraterni-
 tatis predicti Ordinis Memoratorum Fratrum Officium, & Curam
 subierint, & debito modo, atque Ordine, debitaque, ac recta fide,
 ac fidelitate assumpserint, sive hi nostre, sive Reginalis Majesta-
 tis, sive Dominorum, aut Nobilium, alteriusque Conditionis pos-
 sessionum hominum Cives, Coloni, vel Jobbagyones existunt,
 quemlibet eorum Vita sua durante, quoad unam solum domum,
 & unum fundum Curie, quam & quem quisque illorum inhabita-
 verit, ab omni censu, Taxa, Subsidiu, Contributionis, & Lucri Came-
 ra nostra Solutione, Nobis ratione domus hujusmodi, & Fundi
 Curie cujuslibet talium Confratrum: seu Syndicorum: proveni-
 re debenti, duximus gratiose eximendos, libertandos, & supportan-
 dos; imo eximimus, libertamus, & supportamus Presentium -
 per Vigorem. Quocirca Fidelibus nostris, Magnifico Andree de
 Bator, Comiti Comitatus Zathmariensis, Thesaurario nostro mo-
 derno, & futuris quoque Thesaurariis nostris. Praterca Comitibus,
 Vice-Comitibus, & Judicibus, nec non Dicatoribus nostris, in qui-
 buscunque Comitibus predicti Regni nostri, & partium sibi-
 subjectarum Constitutis, & Constituendis. Item Judicibus, & Vil-
 licis, ac Juratis Civium quarumcunque Civitatum, Oppidorum,
 & Villarum ejusdem Regni nostri Presentes Literas visuris,
 harum serie firmissime precipiendo mandamus, quatenus ac-
 ceptis presentibus ab his, qui hujusmodi Confraternitatis prefa-
 ti Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Curam, & onus ad-
 sumperint, atque subjecerint, quantum ad unam Personam, ut
 premissum est, unam dumtaxat domum, & unum Fundum Cu-
 ria intelligendum vita cujuslibet illorum durante, nullus om-
 nino Vestrum Censum, Taxam, Subsidiu, Contributionem, &
 Lucrum Camera nostre petere, & exigere, peti & exigi permit-
 tere, vel eos, aut aliquem ex eis propter non Solutionem in Per-
 sonis, ac Rebus, & bonis ipsorum usquam impedire, aut clami-
 ficare audeat, sed hujusmodi gratiosam prerogativam Fratribus
 adnotati Ordinis S. Francisci, exemptionemque, ac libertationem
 Confratribus

Diploma Regis
 Ludovici II. quo
 Syndici Confraternitatis
 eximuntur ab omni
 Contributione quoad
 Personam, domum
 & Fundum unum.

Confratribus s: seu Syndicis: Ejusdem Ordinis concessam, semper & ubique inviolabiliter, atque inconcussa observare, & Observari facere debeatis; & quisque Vestrum debeat, secus gratia nostra sub obtentu non presumatis. Praesentes vero has Sigillo nostro Secreto, quo ut Rex Hungariae utimur in pendentem Communi-ri fecimus, post earum Lecturam Reclli ubique volumus, & mandamus exhibenti. Datum Linguae-Ecclesijs in Festo S. Demetrii Martyris Anno Domini 1521. Regnorum nostrorum Hungariae & Bohemiae &c: Anno Sexto.

Ludovicus Rex

m. p.

Nec dubium est quin hocce Privilegium actutum Wn recipi ceperit, non equidem alio fine Pvardianus Posoniensis illud mox transsumi fecerat, quam ut in locis Conventuum nostrorum ipso Transumptum publicetur, neve Privilegium Originale Antiquetur ad immunes reddendos Confratres s: seu Syndicos: illudque dum controversia exposceret exhibere valeat. Certum est etiam, quod hoc ipso Privilegium directi Provinciae nostrae collatum fuerit, datum enim est Linguae-Ecclesijs, cujus loci Conventus hoc tempore ad hanc eandem Provinciam nostram spectaverat. Ac praeterea P. P. Cheri-ensibus, nunc Saluatoriana Provinciae Alumnis Verba illa Diplomatid: „Universis ipsorum bonis, & Juribus temporalibus cepisse, & ab aliquo tempore solis Eleemosynis se sustentare cepisse:“ ad aptari non possunt, uti nec P. P. Bospnenibus, aut hodie Capistraneis, a quibus Originem dicti Saluatoriani de sumunt; hi equidem jam dudum Observantiam se professos fuisse pretendunt, imo bona possessa, & jura quaedam temporalia causam praeberi afflictionis, & septem Conventuum per eosdem Observantes ablationis Patri-bus nostris olim Conventualibus.

Diploma Istud datum fuit Pro- vinciae nostrae.

XII. Dum Ludovicus hiecc Rex Hungariae Lincii in Superiore Austria Nuptiarum Solemnia cum Maria Spon- sa sua Filia Philippi I. Hispaniarum Regis, & Maximilia- ni I. Imperatoris Repte celebraret, ac una Sororis suae Annae Ferdinando Austriae Principi, mox Hungariae Regi, nuptae, con- tribiali interesset foederi, Symphonia lugubris insonuit dum triste appulere Nuntii, de Exercitu Solymanni Nandor-Albae: Belgicae dum elucimus: ingenti cum apparatu bellico propinquante, qua mox obsederat, ac 29. Augusti in suam redegit potestatem. Prae- ludium istud fuerat secutura Tragedia; haec namque Urbs omnium celeberrima, & opportunissima publica negligentiae, atque mortis culpa

Culpa: Vide Istranffium L. 8. in potestatem Barbarorum
 devenit, miseris, Cladibusque, quas postea innumerabiles, æque
 ac Crudelessimas a perfidis Mahometanis passa est Patria nostra,
 lata & patens porta expansa fuit. Presagiebat hæc non vano Au-
 gurio Ludovicus Rex, atque ideo Anno priore, dum trutinatis
 suis viribus resistendo se imparem sentiret, Verbotzigum ad Leo-
 nem X. Legatum miserat: teste eodem Istranffio L. 6. ut sup-
 petias impetraret ad hunc immanem hostem, Cervicibus Hunga-
 rorum insultantem eliminandum, Literas etiam quaspiam pre-
 manibus habeo, que tametsi ad Scopum Opella hujus non perti-
 neant, quia tamen ea in Archivo Provincia reperta sunt, pu-
 blice Utilitatis gratia adducendas Censui, sunt porro sequentes:

Beatissime Pater, & Domine Clementissime!
 Post mei devotam, ac filialem Commendationem, paratimque
 ad quævis Vota Vestra Sanctitatis Obsequium, ac pedum seu-
 la Beatorum. Non subterfugit Vestram Sanctitatem imo:
 ut mihi persuadeo: Certo Certius novit, qua Sorte, quibusve for-
 tuna votis res mee ventilentur, & Utinam hæc rota Versatilis
 aliquando fixam nacta Stationem, fortunam quoque meam firma
 Stabilitate solidaret, & fausto exitu roboraret. Regimini siquidem
 Magnorum, ac potentissimorum Hungaria, & Bohemia Regnorum
 meritis licet insufficientibus: jure tamen Hereditario Rege Re-
 gum disponente Presidens, Curis perurgeor Africinis, ingens Sa-
 xum volvo, & tanta moli ferenda, infirmos satis habeo humeros
 turbat me tanta citionis gubernatio, sed plus infestat extera so-
 licitudo, hæc mihi quietem præripit, hæc me diu, noctuque Sti-
 mulat, nec majus mihi Unquam Consilium est, aut esse potest,
 quam quod continue accingar, hostem insequar, Regnum tuorum
 res ad amurim patet, si liceat mihi referre, & Vestra Sanctitati
 libeat Audire: quot bella pro fide Christi Hungaria gesserit,
 quot Conflictus perfecit, quot hostiles impetus sustinuerit,
 quot Strages pertulerit, quot præstantissimos Milites pugnando
 Amiserit, quot Spolijs Turcum: luculente sic belli Sorte: dita-
 verit, dies me cecidit, & quamvis ex his mancipiis aliqui
 magno pretio redempti sint, ex hoc ipso tamen beneficio pauperie
 tenderunt miserabilem, & pro ipsa libertate omnino egeri facti
 sunt, quia dum vitam redimunt, Substantiam Amiserunt, non
 satis illud admirari possum, quomodo tot Illustrissimi Christia-
 ni Hominis Reges, tot Incliti Principes, tot Celeberrimi Duces,
 quasi alto Somno ceciderunt in plumis, & delicias latos agitant, &
 totum pondus istud humeris nostris imposuerunt, tanquam si
 non

Littere Ludovici
 Regis ad Leonem X.
 data pro Subsidio
 Contra Turcos.

non ad eos etiam pertineat Christi Regem defendere, quorum
 tamen perinde, ac mea interest hujusmodi rei intendere, sed quia
 Budam, & Hungariam adhuc superesse audiunt omnia tuta
 credunt. Quicquid enim ^{Carolus V.} Caesaris & Majestas Magni Dominator Orbis
 Romanorum Imperator, ^{Carolus V.} mihi unquam in tali expeditione exhibu-
 it? Ubi tamen ad hoc ipsum negotium Summa Vigilantia, & extre-
 ma diligentia esse debuit, qui hunc Titulum peculiari quodam
 Authoritate, ne dicam temeritate sibi vendicavit, ut Caput
 esset Orbis. Et ecce ne minimi quidem digiti officium exercet.
 Ubi nunc enim Vires Francorum? Ubi Haemachia Venetorum?
 Ubi Romana copia in propulsando Catholicae fidei hoste? Sola
 Hungaria Turcum sustinet, sola Cruentum hostem sentit, so-
 la Sanguinem sudat, sola quotidie Amisos filios, deplorat, sola
 demique pro Christiana Republica erminis, & Cominus cum-
 infensissimo hoste dimicat, quibus deest facultas, deest volun-
 tas, nunquam mihi voluntas defuit, dum facultas adfuit, quid
 unquam omisi ex his, quae facere debui? Quicquid amplius facturum
 sum? Quomodo cum isto exiguo populo, ferro, pesteque condum-
 pto, tanto hosti obviabo? quem Asia ingens superare nequivit,
 modica Europa portio domabit? quem Sapiens Praecia nec fer-
 ro, nec ingenio debellare potuit, Hungaria effugabit? Quem
 Aegyptus Saga nec belli machinam, nec Arte magica vincere
 potuit, ego cum paucis debellabo? Facta est Turcarum Pons
 & Spurca legi subdita, licitum sibi putat citra utraque le-
 gem Divinam agere, Sacra profanare, munus adherere, di-
 vitias inhiare, Comubijs ad libitum uti, nefanda Commixtio-
 ne abuti, Sanguinem fitire, & Cruore satiari. Lata dies illa
 eis est, qua gladios suos Christianorum Sanguine infectos, et
 se cernunt, at vero funesta ipsis lux illa videtur, qua ensis
 eorum nihil Christiani Sanguinis imbiberit, & haec Summa-
 eorum Voluptas, & infelix felicitas spoliis Occisorum ditari,
 mancipiorum bonis satiari. Ego sicut ut praemisi hostem ipsum
 Commune Solus sustinere haud possum, quandoquidem
 haec mea Vinclemia sicut ut dici solet, iam ad facem venit, & quid
 moror? Nunc Vestra Sanctitas interpellanda est, Nunc ad ipsum
 sermo habendus est. Nunc igitur ad rem redeo, & transactis jo-
 cis venio ad seria: Pater Beatissime adest hostis de quo lo-
 quor, venit Turcus, de quo queror, venit inquam Crucis Chri-
 sti infestissimus hostis, & Gregis Domini despoliator, venit,
 & invadit, Hungariam cingit, & Belgradum obsedit, cum
 tanto Exercitu, tantoque, ac tali apparatu, qualem vel ad sub-
 jugandam Pentem, vel ad evertendam Urbem aliquam provenisse
 nulla

nulla unquam ultas memorat, fretus enim bellatorum-
 Copiis & diversorum Tormentorum machinis, noctes atque
 dies hostili impetu Castrum memoratum aggreditur, impu-
 gnat, minatur, insultat, terret, & inquietat. Praesidium Castro
 nullum est, in victu deficit, unde tot incursibus, & insultibus
 percussum, & oppugnatum, jam labascit, jamque Ruinam mina-
 tur, & nisi opus subveniatur, nihil restat aliud, nisi ut cadat,
 & victorias cedat, plura quid? Si capitur, aut Corruet Belgra-
 dum, Castrum illud miritissimum Hungariae propugnaculum,
 Robur Christianorum Regum omnium, & Principum sub Christi-
 nomine militantium murus, & Antemurale. Si inquam Castrum
 Belgradi, Castrum mobile, & antiquum, totque seculis omnibus
 Orthodoxis Asylum tutissimum, in deditioem venerit, ve tibi
 Roma, ve inquam tibi Roma si Turco Servire cogatur Hunga-
 ria, ve & Principibus nunc Otio torpentibus. Quid loquar? Quo-
 me vertam? Unde Auxilium petam? Res in Arcto posita est,
 praesidium est nullum. Succurre Pater Sanctissime, Subveni-
 Summe Pastor Regi tuo, exere vires, adauge Copiam, promove
 Exercitum, & quidquid fieri potest, fac, fiat repente, totoque nisu
 & Conatu accingere non opus est modo propensiori Consilio, Ur-
 mid Opus est, Bello, Milite, & Exercitu, haec a principio mea Vo-
 ta fuere, haec Orationis meae Origo, haec Series & hic exitus, nihil
 amplius opto, nihil aveo, nihil desidero, ad hoc solum me mea
 fert Supplicatio, ducit Sententia, hoc dico, hoc repeto, hoc Numi-
 no, hoc unum imploro, ut preces meae exaudiantur, & in Auribus
 vestre Sanctitatis sonantes fortiter, intelligam eas ab eadem Ve-
 stra Sanctitate aliquid efficacia reportare, & ut summam Veri at-
 tingam, Oro, & exoro, ne Hungaria pereat, & Christiana Respubli-
 ca subruat. Valere Vram Sanctitatem opto felicissime ad Vota ex
 Castro nostro Budensi Hal. Decem: Anno Patrie 1520.

Eiusdem V. Sanctitatis devotus Filius Ludo-
 vicus Hungariae, Bohemiae, Slavoniae, Croatiae Rex.

XIII. Jam Tertium a Generalissimo Romae in Ara-Coe Anno 1523.
 li Celebrato, Congregatum fuerat hoc Anno 1523. Capitulum Ge-
 nerale Burgis in Hispania Celebratum, in quo decretum fuit, ut
 Provincia Hungariae, olim de Familia s: seu Observantium Chri-
 endinum: vocetur Provincia Salvatoris, & Provincia Hungariae Pa-
 trum olim Reformatorum: haec nempe nostra: Vocabitur ~~Secta~~ Provincia nostra
 Mariae. Ita Chronologia Historico-Legalit ad hunc Annum. Cum S. Maria nuncu-
 equidem Regnum istud Hungariae a sui primordio Marianum, patur.

Mariae

Mariæque devotum à Divo Prorege Stephano fuerit, hunc etiam Titulum hæc eadem Provincia nostra selegit eo majore Congruentia, quod etiam in Primo Provincie Sigillo sub Concamerato formice B. Virginem Jesum in Ulnis gestantem, uti Apud Hungaros Patrona Hungaria effigiatur, præferat, quæ nempe Calatura Originem sumpsit ab Ara Majore Conventus nostri Strigoniensis, olim Auxiliatricis B. Virginis Maria à Bela IV. Rege Hungariae constructi, sub qua Rex, & Dux dein tumultuati fuerunt, ut jam in primo Ordinis, ac Provincia hujus sæculo ostensum est. Sed ut ad Scopum revertar: Certum, & irrefragabile est, jam ante mox memoratum Burgense Capitulum Tenonle hanc nostram Provinciam olim Conventualium quidem, ad Reformatorum, uti in memorato decreto signatur, ad Observantiam transiisse, ad quod id Anno evenerit, An nempe in ipso Capitulo Generalissimo Anno 1517. Roma in Ara-Coeli sub Leone X. Celebrato? An postea? Res non carebat difficultate, donec excussis Ordinis, & Provincia Monumentis fidenter asserere possem, hanc eandem Provinciam nostram olim Conventualium quidem, ad Reformatorum dictam tempore ipsius Generalissimi Capituli Septimi, Roma in Conventu Ara-Coelitano, jussu Leonis X. Congregati, transiisse ad Observantiam, eodem Anno 1517. dum nimirum separatus fuit Ordo Conventualium non Reformatorum: quales tamen in Hungaria nulli fuere: ab Observantia Ordine, ac Officium Ministri Generalis, Una cum Sigillis Ordinis a Conventualibus ut recedentibus in paupertate ab Instituto S. Francisci, ad Observantes Regulam S. Francisci in sua puritate ad mentem sui Fundatoris amplectentes, non devolutum, sed revolutum, & restitutum fuit, quod prolixius quidem, ad pro merito causa nullatenus superflue sequentibus evinco:

Transiit ad Observantiam Anno 1517. quod sequentibus comprobatur.

XIV. An hæc Provincia nostra fortasse à sui primordiis de numero earum fuerit quæ primum S. Regula relaxationem etiam Cortonensem S. P. nostri Successorem, toties ab eodem reprehensum, & depositum sectabantur, nihil comperti habeo: imò præsumere possum eandem Provinciam nostram in Arctissima paupertate, vitæque Regula professe per omnia conformi institutam fuisse, quæ uti sæculo primo horum Collectaneorum deduxeram, ab Anno Circiter 1225. ex Germania, & Austria in Hungariam propagata fuerat sub P. Alberto de Pisa Actuali Germanie Ministro. Hic equidem P. Albertus de Pisa, qui teste Coronellio ad mox memoratum Annum citato, antequam ad Ministerium Angliæ, ac dein ad Generalatum Ordinis asumeretur Ordinem

Minorum

Minorum etiam in Hungaria regebat. Hic idem P. Albertus de Pisa unus fuerat e precipuis Regule Zelatoribus, atque ideo dum Fr. Elias Cortonensis secundo Minister Generalis electus, rursus laxitates in Ordinem adduceret, Pontifex Gregorius IX. videns se delusum ab eodem Fr. Elia, & sequacibus ejus, Anno 1238. Romae Capitulum Generale incluserat, in quo eundem Eliam secunda etiam vice ab Officio removit, & ad novi Ministeri electionem Vocales procedere iussit, ac statim Communi Omnium Suffragio, Ob eius exploratam virtutem, Fr. Albertus de Pisa - Etruscus electus, & a Pontifice confirmatus est. Vide Chronologiam Historico-Legalem ad hunc Annum. Qui proinde cum ad laxitates Eliae averruncandas Minister Generalis institutus fuerit, certe quod puritatis Regula strenuus Aspertor, & vindex fuerit, concludendum est, nec proinde ambigendum, quin dum primos Fratres in Hungariam deduxit, eosque rexit, in omni Conformitate ad Regulam instituerit, stabiliveritque.

Primari Fratres nostri in Hungaria Regulam in hia puritate observabant.

XV. Ea est humane imbecillitatis Conditio, ut optima Instituta a primo fervore saepe desciscant: Provincia etiam haec nostra successive, viso nempe aliarum Provinciarum, ad Immitationem Eliae Cortonensis, a Regula puritate recedentium exemplo, sive Privilegiorum, & dispensationum intuitu, esto Eleemosynis potissimum se sustentaret, Praedia nihilominus, Fundos, Redditusque nonnullos admiserat, vocabantque has Eleemosynas perpetuas, a primo Collatore oblatas. Admiserunt inquam similia bona, non quidem in Communi, uti Religiosi alii, ac etiam Patres Conventuales moderni post Concilium Tridentinum, sed ita, ut Dominium Praediorum, Redditiuum &c: Defunctis Fundatoribus eorumque Haeredibus immediate ad Sedem Apostolicam pertinerent, & usus clunaxat fructuum per institutos homine ejusdem Sedis Apostolica Fratrum Procuratores administrandus, eisdem Concessus esset, uti actu Dominium Conventuum, aliarumque rerum necessariarum mobilium, ac immobilium, quarum Patrum, aut Haeredes emortui sunt aut Dominium non reserverunt, apud Observantes, seu Reformatos modernos. Vide autem caeteris Constitutiones per Universale Capitulum Generale Anno 1500. editae Cap: IV. & VI. Advertendum etiam illud: quod tametsi P. Franciscus Gonzaga noster in suo opere Quadrupartito de Origine, & Progressibus Seraphice Religionis parte 1. fol. 4. asserat, Ordinem nostrum mox a sui exordio ab Innocentio IV. Anno 1244. Bonorum Stabilitum, ac Redditiuum Capacem pronunciatum, ac in paupertate dispensa-

Provincia nostra sensim fundos, & redditus accepit.

te dispensatum fuisse, hocce tamen in puncto errore lapsus est: loquor cum Waddingo ad hunc Annum: nulla equidem talis Constitutio eodem Anno edita apparet, sed Anno mox insequenti: Ordinem Vestrum. XVIII. Kalend. Decembris Lugduni Anno 1245. At in hac Pontifex denegat proprietatem in Communi etiam competere Fratribus, sed ad Ecclesiam Romanam pertinere statuit. Fallitur etiam in eo, quod dicat indefinitè Ordinem Bonorum capacem rededitum fuisse; Nam tametsi Relaxati Fratres, & exauthorati illius Elic Cortonensis sui Primicerii Spiritu imbuti Paupertatis professores, hanc Constitutionem Innocentii IV. Ambabus amplexati fuerint ulmis, Sinceri tamen Zelatores Regule non acceptavere, uti etiam decursu temporis facultatem succedendi in bonis Aviticis, aequè a pluribus Pontificibus impetratam, dixerunt ~~extortam~~ ^{extortam} Sub, & obreptitiè obtentam, ac ideo Cesari ab eodem Patre Caesario dicti, Sylvas & loca solitaria petentes, juxta primævam Franciscani Ordinis institutionem vivere malentes, se sequestrare. ^{vere} Insuper in Capitulo Narbonensi Generali Anno 1260. sub Praesidio S. Bonaventurae Ministri Generalis ita Statutum legitur: Declaratio Communi Patre Innocentii IV. super Regulam maneat suspensa, sicut declaratum fuit in Capitulo Metensi, & districtè prohibemus, ne quis ea ulatur in his, in quibus expositioni Gregorii IX. Contradicit. Vide apud P. Joannem Matare in Dialogo Chronologo-Charitativo fol. 39. Quare non Ordo totus, sed Fratres dumtaxat Relaxationibus inhiantes, tametsi Constituentes jam majorem Ordinis partem, hanc admisisse Relaxationem, & dispensationem similes fuisse etiam Patres nostros in isthac nostra Hungaria Provincia, inficiari nequeo, ut patet ex pluribus veterum, ac modernorum etiam Conventuum documentis, ratione Bonorum, & Rededitum ad eodendim spectantium, institutisque nonnunquam caeteris litibus, uti etiam emptionibus, ac venditionibus, quarum Literaria Instrumenta etiamnum pro memoria in Archivo Provinciae deposita aservantur.

Quinquam Ordo
totus in paupertate
Relaxationem acceptavit.

XVI. Quod pariter Patres olim nostri Conventuales fuerint nuncupati, idque paulò ante memoratum Capitulum Generale Septimum, patet ex Literis Concordiae Anno 1497. priori Saeculo adductis: uti etiam ex pluribus Monumentis jam recensitis, & quamquam nomenclatura isthac Conventualium peregrina antea, & penitus in exordio Ordinis, & Provinciae nostrae novata fuerit; posteaquam nihilominus in Concilio Constantiensi Anno

Anno 1415. Celebrato, P.P. Observantes ii nimirum, qui relaxationem omnem, & dispensationem respuerant, adprobati, & sub peculiarem Ecclesie protectionem assumpti fuerant, nomen istud distinctivum Observantes invaluit, alii vero Relaxationibus inhaerentes, Conventuales denominati fuere, quo tempore etiam Patres nostri in hac nostra Hungaria Provincia aequae Conventuales dicti sunt, nomine tamen isto nunquam, aut vix unquam usi fuisse deprehenduntur, nisi quando negotium eos inter, & Patres Observantes vertebatur, ad innuendam diversitatem, ut ex dictis prioribus Saeculo perspicuum est; quare Correlativa haec vocabula sunt, Conventualium, & Observantium eodem tempore usurpari coepta. Modum tamen P.P. Conventuales Relaxatum: aut ut ipsi volunt, mitigatum: S. Francisci Regulam cum modificationibus profitentes, nescio, quod Mysterium, ac quasi Tetragramato per Sacramentum in hoc verbulo Conventualium latitans suspiciunt, imo pretendunt hoc Characterem etiam Ordinis nostri Primores semper insignitos fuisse, ac ex inde suam Antiquitatem, Stemmaticamque Originem preterunt, quod quidem refellere quamvis presentis instituti non sit, imo jam Saeculo Primo horum Collectaneorum Relatum fuerit, in Compendio tamen Repetere licet. Nomen Conventualium in alio tamen sensu, jam sub Ordinis nostri exordio attributum fuisse Anno 1250. sub Innocentio IV. Vide Madringum ad hunc Annum, qui ita loquitur: „Cum tanquam veri & Fideles Christi Ministri elegeritis vobis in Domo Dormitionis monasteria, dignum esse credimus, ut habitacula vestra inter alias honorabiles Congregationes Fidecium statuamus. Hinc est, quod vestris supplicationibus inclinati, presentium Auctoritate decernimus, ut Ecclesie vestre omnes ubi conventus existunt, Conventuales vocentur, concedentes vobis licentiam, ut in ipsis Ecclesijs ad opus Fratrum Vestrorum habere libere Cemeterya valeatis. Hec laudatus Pontifex. Tunc enim, ut recte observat Joannes Matare in suo Dialogo Chronologo-Charitativo fol. 59. Fratres Minores parvas habentes Ecclesias, eas ut privata dumtaxat Oratoria Consideraverunt Episcopi, & Parochi, nec admittere voluerunt, ut Fideles ibidem Praecepto Ecclesie de sacrificio Missae audiendo Satisfacerent, aut in id Verbum DEI publice proponeretur, prohibebantque S.S. Eucharistiam aperiri, tintinnabula haberi, ac Cemeterya Adjungi ad instar Ecclesiarum aliorum Ordinum, quas dicebant Conventuales. Unde laudatus Pontifex citata Bulla declaravit, Omnes Ordinis Franciscani Ecclesias, ubi conventus existunt, Conventuales, seu Conventuum, aut si maris illorum, qui in Communitate

Quando nomen Ordinis alii Conventuales, Observantes alii ceperunt nuncupari.

In sensu alio Ecclesie nostrae dicte sunt Conventuales jam initio Ordinis.

vivunt, seu in Unum Conveniunt, esse & nominari debere. Verum in hoc sensu: nedum P.P. Conventuales moderni, sed & Observantes ac omnes omnino Religiosi publicam Ecclesiam habentes, Conventuales dici debent. Unde nomen Conventualium ante Concilium Constantiense ex aequo Observantibus, & Relaxatis conveniebat, post tempus vero Concilii Constantiensis Patribus Regulam in sua puritate Observantibus nomen Observantium, Relaxatis vero Conventualium tribuebatur, eo convenientiore Titulo, quod in ampliores, nominatiorisque Conventus sibi vendicaverint. Caeterum ab initio Ordinis, Provinciaeque hujus Nostrae Hungariae nullum Monumentum reperire est, quo Majores Nostris istud Conventualium nomen sibi prefixissent. Aservantur in Archivis Nostris variae Transactiones, Constitutiones, Litera Filialium: uti vocamus: plures, sigilla antiquissima, nusquam tamen inscriptio, subscriptio, aut Calatura nomen Conventualium indicat, praeterquam dum jam post Concilium Constantiense Negotium vertebatur Nos inter, & Patres Observantes Hungariae Cherienses, ac hoc quidem ad discrimen insinuandum. Sed nec in ullis Capitulorum Generalium Actibus: uti ea percurrenti patebit: mentio voculae hujus apud P.P. Conventuales modernos adeo mysteriosi Conventualium reperiri potest. Unde mirari subit, quod hoc Saeculo jam parum Franciscanarum, ut humilium verum perito uicem moderni P.P. Conventuales, ipsi tamen si velint: verum Conscii S. Patriarcham Franciscum, S. Antonium, S. Bonaventuram, aliosque Ordinis Nostris Sanctos, qui Relaxatam vitam sua durante vita Summe oderant, insectanturque, Ordinis tamen Minorum Conventualium inseribant, ac apud vulgus indoctum fidem caeteris inveniant, & Sapientioribus idto: si Superis placet: eruditore Saeculo omnia altiora Contemplantibus, humilisque hujus Nostris Status insigni imbutis ignorantia basilice imponant, & illudant. Conventuales porro, ut ad hunc accedam: dicti fuere hujus Nostrae Provinciae Antecessores a tempore Concilii Constantiensis, in quantum nempe ab Observantibus differre censebantur. Ad rursus monitum volo, & ne memoria excidat repeto: Patres Nostris Conventuales quidem Reformatos fuisse, Verum nullo modo eorum Antecessores, qui in praesentiarum Conventuales inscribuntur, ac in Hungaria Nostra P.P. Minorita vocitantur. Horum enim: ut sequetur: nulla participatio est, ac nec fuerat unquam ad hancce olim Hungariae Nostram, hodie Sanctae M.A.R.I.Ae Provinciam.

Conventuales quae
liter, ac inde de
nominati.

XVII. Praedecessores iidem nostri Conventuales quidem in sensu mox dicto, a tempore Concilii Constantiensis, ut differentes ab Observantibus dicti fuere, ac ut pleniorum interea in Compensatio Veterum temporum memoriam refricem, de Communitate etiam pro diversitate temporum nuncupabantur, quia nempe major Ordinis pars Relaxationibus & dispensationibus Apostolicis adhererat; Fratres Observantes vero de Familia, aut Subinde Fratres Spirituales, Spiritum nempe S. Francisci in abdicanda rerum possessione praeserentes, dicebantur. De Communitate porro, seu quod idem est Conventuales Patres nostri in hac Provincia fuere, aut cum adhibito Reformati, uti patet ex Actis Capituli Generalis Burgensis, jam supra adductis № 13. Ex quibus ad oculum evincitur, hanc Nostram S. Mariae Provincialem partim Reformatorum antea dictam fuisse, quae nimirum per suas peculiare, ac Arctiores Constitutiones, quibus a Ceterorum Regnorum Conventualibus discriminabatur, Reformata fuerat, esto Unum idemque cum eis Corpus Constitueret, nec Vicarios Generales, aut Provinciales, uti Observantes post tempora Concilii Constantiensis, sed ipsum Ministrum Generalem, suosque Ministros Provinciales, juxta tenorem Regulae immediate pro Superioribus suis recognoverunt. Ne interea peregrina ^{aut peregrina} ~~paradoxum~~ videatur haec nomenclatura Conventualium Reformatorum, illam aliunde etiam dilucidandam censeo: Conventuales Reformatos existisse etiam post Septimum Capitulum Generalissimum Sixti V. tempore in Regionibus aliis certum est, ita equidem in ejusdem Papae Constitutione 88. Apostolicum muneris sollicitudo S. I. in Bullario Cherubini Anno 1587 legitur: „Sane exhibita vobis super pro parte Dilectorum Fratrum Fratrum Minorum Conventualium Reformatorum petitio continebat &c: „ Quod quidem documentum de Conventualibus Reformatis desumptum est a tempore Sixti V. longe mirum ab Anno 1517. disito, quo Patres nostri a Statu Conventualium Reformatorum ad Observantiam Regularem transmissis dispensationibus Pontificiis, transiere: Illud tamen allego finem in eum, ne exoticum videatur legentibus nomen istud. Ut tamen propinquius ad intentum meum firmiorem figam gressum, facile ostendo, etiam ante Capitulum istud Generalissimum existisse intra Ordinem nostrum Fratres Reformatos absolute dictos, ac etiam post Concilium Constantiense dicto Fratres Conventuales Reformatos, eos nimirum qui laxitates abhorrebant, sub ipso tamen Ministro Generali Ordinis perseverare cujus Obedientiam, praeter solos Celestini mox suppressos, de quibus

Primi hujus Provinciae Fratres a tempore Concilii Constantiensis Conventuales nonnumquam dicebantur, dein vero Conventuales Reformati.

Conventuales Reformati existere tunc postea in Regionibus aliis, ac etiam antea.

quibus vide Waddingum, nunquam respuerunt. Talem Reformationem introduxit primitus S. Bonaventura A^o 1256. in Ministrum Generalem electus, de quo Sixtus V. in Bulla Triumphantis Jerusalem. Apud Citatum P. Joannem Martare fol: 54. testatur: „quod se se a Seraphica Paupertatis Complexu divelli non sit passus.“ Et Sixtus IV. in Bulla Canonizationis ejusdem: „Ca, que a Beato Francisco pie, & Sancte fuerant instituta, diligentissime Custodivit.“ Item Leo X. in Bulla Unionis Ite Vos. ait: „Sis sua ceperunt Viri Religiosi, qui Duce Divo Bonaventura muros hujus vinee s: Ordinis Seraphici: jam utrinque ruinam imitantes, hora Tertia, Trinitatis Sancta Virtute, & Adjutoris restauraverunt.“ Ut vero plures Ministros Generales, & Reformationis zelatores, quorum Catalogum texere longum nimis foret, propter eam, Consimilem Reformationem instituere Anno 1310. Frater Ubertinus Casali, & Fr. Raymundus Paufredi, olim Generalis, qui Clementem V. sollicitaverunt, ut irrepentes ab Ordine tollerent Relaxationes, quod & fecit, cum Anno 1312. in Concilio Viennensi promulgata est Celebris illa Declaratio: Exivi de Paradiso. in qua non solum Redditus, & Possessiones, sed etiam Cellularia, & Prævaria, ac alie excessiva provisiones ab Ordine toto propulsantur, cujus Declarationis, & Reformationis maximus fuerat promotor Fr. Pondisalvus de Valle-Bona, ea ætate Minister Generalis, qui teste Alvaro Pelagio Lib: de Planctu Ecclesie, zelo Paupertatis incensus, per totum Ordinem discurrens, Elemosynas perpetuas relinquere, & Annualia s: Redditus Dominis suis quibuscunque: Compellebat, totum Ordinem expropriavit in vita sua, Sententiam Excommunicationis ferens contra omnes tam Subditos, quam Prelatos, nisi intra certum terminum illis, a quibus habebant Redditus, vel eorum Heredibus resignarent, quod & factum est. Ita citatus Alvarius Pelagius, qui hujus Ministeri Generalis tempore floruerat. Quare de hoc ipso Ministro Generali Pondisalvo intelligendum est illud Leonis X. in Bulla Unionis: Ite Vos. Proclierunt Spiritu ferventes Fratres nonnulli, qui ex S. Viennensi Concilio tamquam a demissi, & Confortati, enervatam penè disciplina Censuram ad sua principia Revocarunt.

Vanie Reformatio,
nes ab initio Ordinis.

XVIII. Ast Reformationes istæ ceptæ potius, & non consummate fuerunt; pro diversitate enim Ministrorum Generalium, & Provincialium Regularem vitam plus, minusve zelantium, Reformatio proficiebat, ~~deferrebat~~ ^{deficiebat} que; Illud nulla fronte nega,

te negare valco, quod Patres nostri ad Annum 1440. Relaxati fuerint, & quamquam excessus magis ab amulis aggravati, quam in seipsis fuerint, eos tamen penitus Solutionis vite expectos pronunciare non audim. Unde ipsis etiam Regni Proceribus ob suam irregularem (ita insidiatorez proclamaverant:) projectamque vitam, se invidios recediderunt, & dum se primitus reformare nollent, Septem Conventibus: Budensi nempe, S. Joannis Evangeliste, Pesthensi S. Petri, Strigomiensi Auxiliatrix B. Virginis, Fori-Siculorum in Transylvania, Uylakiensi, Patakiensi, & Szecsemiensi Cedere Compulsi fuerunt: uti jam Saeculo priore hac Consignavi, invitus quidem ista, ast veritatiff: que fucum nescit, ac abjicit Siparium: Amore refero. Hac mihitominus serio, ac nonnihil sero admoniti plaga, Ceperunt Patres nostri ad agnitionem sui venire, reformareque Provinciam tam in Capite, quam in membris. Facta fuit hac Reformatio sub Ministro Provinciali P. Fabiano de Tgal Anno 1454. uti jam priore Saeculo ad hunc Annum Brevibus immueram, quominus vero id temere affirmare videar, ad huc R. Prem Waddingum ad eundem Annum 1454. No. 23. ita scribentem: „Cum Nicolaus Pontifex pio pacis studio ---- sub latis censuris ab Eugenio latis in eos, qui spreto suis Observantiae Superioribus ad Conventuales transirent, & in illos qui transientes reciperent, aut retinerent, liberam transiendi fecisset potestatem, passim & ubique hujusmodi recursus fiebant & discursus ---- Deinde multis ex his in Cenobijs aliquot collocatis, novum quoddam vite Reformati generis, sub omnimoda Superiorum Conventualium potestate componerant. Hac citatus Wadlingus indefinite pronunciat. Ego id ipsum in hac nostra Provincia nostris Majoribus evenisse comperio. Cum enim Subditi libere ultero, citroque a nostris Conventualibus ad Observantes, ac ab illis ad Nostrates pro libitu commearant, ac proprio edocti clamno iidem Patres nostri didicissent se jam plures Conventus ob vite suae Relaxationem dispendisse, unicamque contemptis sui, & Observantium, seu Cheriensium estimationis publica, seu Relaxatam, & horum accuratam Regulae pretensam Observantiam in causa fore, aut pretexti duntaxat, Capere & ipsi Majores nostri sese, suosque Subditos reformare, ac propius ad Observantiam Regulae accomodare: quod ipsum e memoratis Constitutionibus P. Fabiani de Tgal Anno 1454. editis, non obscure innuitur; in earundem enim Proemio ista leguntur: „ In Christo sibi Charissimis Fratribus &c. Cum ex injuncto mihi Regiminis officio compellar Circumspicere

Reformati fuit
hac Provincia An.
no 1454.

Puncta Refor-
mationis.

Animo vigilantium Statum, & modum Vita Regularis dicte nostre
Provinciae, non sine mentis turbatione Consideravi aliqua, a via
Salutis & justitiae declinata, ad viam Rectitudinis, & Statum Re-
gularem Revocare. In Cap: 8. de Habitu, & aliis Vestimentis
pellicea, Camisia, Ocrea, & hujusmodi sub poena deferendi proba-
tionis Caputii, contumacibus infligenda, velantur, prohibentur
autem in Conventu usus Calceorum: eo tempore: longorum, ac
solium Sotulares, & solea cum Scopulis, seu Sandalia concedun-
tur, extra Conventum tamen tempore frigiditatis dumtaxat Cal-
cei longi admittuntur de licentia Praelatorum: praecipitur etiam, ut
habitus cum Cappa sit de panno vili, per Regulam concepti Gri-
sei Coloris; In Cap: 2. ita habetur, cum Regula dicat: quod
Fratres nihil sibi approprient, & propter violationem hujus-
modi pene omnes Conventus sunt destructi & c: Prohibetur dein-
de Omnis Cujuscunque Rei proprietat, & maxime tactus, & re-
tentio denariorum, & aliarum rerum. Praecipitur item, ut qui-
libet Conventus, & locus suum habeat Procuratorem Seculare
Laycum, ad cuius manus omnes Eleemosyna pecuniariae de-
veriant, ab eodem expendenda, prout apparet Custodi, vel Por-
diano, inter Casus etiam Reservatos recensentes ibidem, Deten-
tio Rei propriae, & tactus pecuniarum. Sit praeterea in his Con-
stitutionibus iterata provocatio ad Statuta Willelmi Farinerii
quae ut per volventi patet, puram Regulae Observantiam pre-
tendunt. Si equidem Willelmus Farinerius Anno 1348. in
Ministram Generalem Verone electus, easdem per Provinciam
publicavit, & omni nisu, & conatu Observandas zelavit, ut ab
eo nomen acceperint, & Farineriae dicte sint, licet ipse nihil
addiderit, cum sint ipsae Divi olim Bonaventurae Constitutio-
nes. Vide P. Joannem Matare in suo Dialogo Chronologo-
Charitativo fol: 96. Et ne fortasse suspitioni locus remaneat,
quod ad eos dumtaxat Conventus, quibus hi advena illocati-
fuerunt, Reformatio illa Anno 1454. per Ministram Fabianum
de Igal instaurata se extenderit, quasi alii Fratres & Conven-
tus plures remansissent in antiqua relaxatione. Evincitur
etiam ex iisdem P. Fabiani de Igal Constitutionibus dictam
Reformationem, toti qua late patebat, Provinciae prescriptam
fuisse; in ultimo enim Capitulo ita praecipitur. Ne vero praemi-
sis Ordinationibus detur occasio negligentiae, praecipio omnibus
Patribus Custodibus per Obedientiam Salutarem, quatenus
Tenorem praesentium ad suas Custodias secum ferre teneant,
& distribuant in suis Conventibus, & in omnibus legantur
semel in qualibet quindena, & moneantur Fratres ad Observatio-
nem

Tota qua late pa-
tebat Provincia
Reformata fuit.

nem earundem, si qui autem P.P. Guardianorum infra tres Menses Copiam presentium habere non procuraverit, Arbitrio Custodum, aut Ministri graviter puniatur.

XIX. Hanc ipsam Reformationem per P. Fabianum de Igal s: ut premissum est: Anno 1454. institutam, non in Chartam solum, sed in effectum, & Realem Observantiam migravisse, comprobo e Constitutionibus P. Luca de Segurino, postea hujus nostre Provinciae Ministri, editis Anno 1508. aequè ante Capitulum Generalissimum Septimum, in quarum Prologo ista leguntur: „ Nos Fr Lucas de Segurino &c: Circumspectis Animo Vigilanti Statum, & modum Vitae Vestrae Fratres in Christo-Jesu dilectissimi, nonnulla mihi occurrunt, Animarum Vestrarum salutem, & Regularis Vitae puritatem impediunt. Volens igitur talibus obviare defectibus, ne multiplicentur, & suffocent in vobis Spiritum Domini, ex maturo P.P. & F.F. Vostorum Consilio, & assensu &c: Subsequentibus Articulis pro vestra Reformatione, & salubris vitae institutione Ordinavimus &c: „ In articulo ^{Amo} 20. harum Constitutionum legere est: „ Constitu- tiones pie memoriae Rnclii P. Fratris Fabiani de Igal olim Mini- stri Provinciae hujus pro Reformatione nostra editae, ab omnibus Fratribus observentur. „ Notanda sunt peculiariter verba: pro Reformatione nostra, quae sola cum puncto Decreti Capituli - Burgensis jam saepe adduco: quod nempe haec Provincia Refor- matorum antea dicta fuerit, evincunt planè, hanc ipsam Provin- ciam Anno saepe facto 1454. Reformatam fuisse, cum sicce Fr Lucas a Segurino Minister jam Anno 54. elapsis, Consti- tutionum earundem Observationem refricet; imò in fine Super- addat: „ Praesentes etiam Articuli habeantur in quolibet Con- ventu, & ponantur juxta Constitutiones praefatas, & cum eisdem pariter legantur &c: „ Quas quidem Constitutiones nò dum in Conventibus observatas, sed etiam in viridi Observantia fuisse, credendum est. Ex eo etiam utronè, quòd earundem duo exem- plaria, ex Archivo Provinciae desumpta, pertinuerint olim ad privatum usum, alterum quidem Fris olim Francisci Segurini, qui sicuti in eodem exemplari adnotatum legitur: Obiit Anno 1508. ac de eo singularis sermo redibit ad Annum 1550. Alterum vero earundem Constitutionum Antiquissimo, imò Potius Characterè exaratarum Exemplar, inscriptum est ad Annum 1598. Usui Fris Andreae Crach, Lectoris Gene- ralis, Guardiani Tyrnaviensis, eisdem Constitutiones in utroque hocce Manuscripto videntur ad Calcem S. Regulae, ex quo id eruitur,

Constitutiones
Reformationis usque
deceptae fuisse
comprobantur.

eruitur: quod hoc etiam Anno 1598. ab Anno 1454. quo condite fuerunt eadem Reformatrice Constitutiones P. Fabiani de Igal jam longè post assumptam etiam Regularem Observantiam in usu fuerint; imò prope parem cum ipsa Regula vigorem retine-
rent, si equidem jam antiquata, aut ne in usum quidem deducte fuissent, Superflue eidem adnexam S. Regulam gestissent, quam Franciscam Temper secum habere è Sacro suo dogmate sunt obstri-
cti. Illud tamen mirère, quod hoc tempore tam severe, & ne fors à lenitate Religiosa exorbitantes, Constitutiones fuerint editæ; in posterioribus enim: jam dictis: P. Luca de Reguidino Constitu-
tionibus Anno 1508. lucubratis, Antequam nimirum hæc nostra Provincia ad Regularem Observantiam transivisset, atque adhuc in Statu Conventualium Reformatorum Consisteret, hæc prævari-
cantibus poenæ taxata fuerunt, ut nimirum: in carcerentur, & tribus diebus ibidem in pane, & aqua macerentur, postmodum educantur, & in Communitate à quolibet Fratere recipiant viginti quinque ictus reales, ita ut transeant in exemplum aliorum, nec valeat aliquis Ministro inferior cum eis dispensare. Et hæc ipsa poena lata fu-
it, Omnibus in ebrietate reperiis, Omnibus proprietarijs, qui nempe pecuniam receperint per se, vel per alium. Item in eos, qui in Prælatum insurrexerint, uti etiam, qui blasphemiam fecerint: hæc Statuta sonant: aut Verba vituperiosa Convetudinarie, & etiam injuriosa dixerint, vel provocantia. Rigida certe hæc fuere Statuta, aut fortasse pro ea sæculi indole ideo aggravata, ut eo efficacius ab irradicata illa Veteri laxitate avellantur, ob quam olim exosi redcliti, fame suæ, Jurorumque jam sæpe Recensitorum Septem Conventuum jacturam incurrere.

XX. Quod si hæc ita sint, quid porro, inquires, per assumptam Anno 1517. Observantiam immutatum fuisse, in hacce Provincia censendum est? dum etiam hi Patres nostri adhuc Conventuales Reformati tam strictam, imò modernam strictio-
rem Observantiam prætulere, edicam, quod sentio: Nihil penitus, quod momentum rei attinet, immutatum fuisse sive in habitu, sive in Regula: uti hoc tempore intelligebatur: Observantia, & quamquam: quod humanum est: errores, ac Regule transgressiones reperte, ea tamen rigidissime vindicata fuerunt. Quare ab Anno 1454. à tempore nimirum P. Fabiani de Igal ad Septimum usque Capitulum Generalissimum Anno 1517. celebra-
tum, seu Annis 63. non aliud fuit discrimen nostros inter Patres ex Una, & Observantes Cherienses ex altera parte, quam quod Patres nostri nunquam de S. Ordinis exiverint, Nimirum, quam

Severa nimirum Con-
stitutiones P. Luca
à Reguidino.

Vix quidpiam immu-
tatum fuit in hac
Provincia per as-
sumptam Observantiam

quam se sequestraverint, sed secundum Regulam ipsum Mini-
 strum Generalem electam, pro Superiore suo absoluto, & immedia-
 to, nec in sua potestate s: uti P.P. Observantes pro se effecerant per
 Pontifices: Circumscripto, venerati obsequiose fuerint, & hoc ipso
 meo quidem iudicio s: si gloriari oportet: pro ea etate non minimam
 huius Provinciae decus fuisse apud aequos Verum Arbitros Cen-
 seo: Id unicuique lego pro tantilla differentia Observantes Hunga-
 ric, & nostros Conventuales Reformatos inter, quod nos Soleis, seu
 Sandalijs, illi vero Truncellis ligneis, seu Calepodijs usi fuerint, ac
 nostri Ampliorem, inque plures Ungas Condensatum vestitum, eju-
 dem tamen grisei Coloris gestaverint. Quare post Annum 1454.
 Reformatione in hanc nostram Provinciam per dictas Constitutio-
 nes introducta, ipsi antea ob pretensam Patrum nostrorum so-
 lutiore vitam Amuli, & buccinatores conticuerunt, ac preter-
 unicum Hecsemensem Conventum avaritia s: ut praemissum est:
 Michaelis Orszagh Regni Palatini Anno 1467. violente ere-
 ptum, nullum deinceps haec Provincia perdidit ad ea usque tem-
 pora, quibus Turca, ac prevalentes Heretici omnia Sacra de-
 populati fuere: & quamquam Ludovicus II. Rex Hungariae,
 uti certum est ex Bulla Unionis Ite vos. Leonis X. egerit -
 apud Pontificem eundem pro Unione Conventualium cum Obser-
vantibus, id tamen non eo motivo intenderat, quasi in Hungaria
 Relaxati Conventuales adhuc superessent, cum s: uti ad oculos
 jam remonstraveram: iidem Patres nostri ad omnem Religio-
 sam disciplinam Reformati, longe antea existiterint, sed eo dum-
 taxat, ut exulcerati, & disidentes Conventualium Reformatorum
 Animi ob Septem Conventuum suorum invasionem, in unum Cor-
 pus, sub Uno Capite cum Observantibus Cheriensibus Amulis
 suis coalescentes, conspiciantur. Haec ipsa s: ut veor: Causa est,
 quod nulla fere huius transitus Provinciae nostra a statu priori
Conventualium Reformatorum ad Observantiam in Monumentis
 Provinciae nostrae memoria expressa, aut descriptio peculiaris
 reperitur, cum equidem jam antea Regularem vitam ample-
 xi fuerint, ac semper, & Constante sub Gubernio Ministri-
 Generalis persistiterint ob solum distinctum nomen Observantiae
 inane reputaverunt, hanc Observantium voculam pro mutatio-
 ne quapiam Arbitrari, imo ut ex memoratis duobus exemplari-
 bus Constitutionum hanc Provinciam Reformatantium patet, et-
 iam longe post tempora introductae Unionis, seu Capituli Genera-
 lissimi Septimi, dumque jam dudum etiam antea in Capitulo
 Generali Bingeni Provincia isthaec Sanctae Mariae denominata
 fuisset, ad huc Patres nostri Constitutionum P. Fabiani de Igal

Exigua dif-
 ferentia.

Cur in Monumen-
 tis Provinciae egi-
 qualit memoria
 huius facta om-
 nitionis.

usum habuere, ut adeo inde etiam manifeste liqueat, Provin-
ciam Nostram, uti post Unionem, seu Annum 1517. ita etiam
medio tempore ab Anno 1454. Regulae Observantiam prae-
tulisse, licet purum, putumque Nomen Observantium sub Leo-
ne X. Anno 1517. assumpserit.

XVI. Demonstrato jam sufficienter eo, quod ante An-
num 1517. haec Provincia nostra Conventualium Reformato-
rum nuncupata fuerit, facile etiam comprobari potest ex actis
ipsius Capituli Septimi Generalissimi, hanc eandem nostram-
Provinciam, durante eodem Capitulo, Romae in Ara-Coeli jussu
Leonis X. celebrato, Anno sepefatis 1517. ad Observantiam
de mandato Pontificis transivisse, in brevi siquidem Citatorio Dilectio
Filiis. & dato Anno 1516. Die 2. Julii. Sub poena Excommunic-
tionis latae Sententiae citantur pro Capitulo Generali ad Conven-
tum Ara-Celitanum Omnes Ministri, & Custodes Conventua-
lium, ac Vicarii, & discreti Observantium aliique ad Ordinem
S. Francisci pertinentes. Libet adducere expressa verba Bre-
vis Apostolici, Mandamus etiam sub eisdem poenis omnibus
& singulis Fratribus dicti Ordinis Congregationum Fris. Ama-
doi, de Clarenis, de S. Evangelio, sive de Caputio, ac quocumque
alio nomine nuncupatis, Reformatam vitam sub Ministris non
Reformatis ducentibus, quatenus in singulis Provinciis, quas nunc
inhabitant, duos probos, & discretos, & Reformatos Fratres ex se-
ipsis in Congregatione per ipsos in hujusmodi Provinciis respe-
ctive facienda, eligant qui ad dictum Generalissimum Capitu-
lum sicut & ceteri Praelati habeant convenire &c. Nec ambigen-
dum est, Ministrum, & Custodum Custodem Provinciae hujus
ad idem Capitulum Generalissimum convenisse, cum haec eadem
Provincia tempore illo amplissima fuerit, totumque Regnum sub
Ludovico II. Rege Hungariae ad Annum usque 1520. in
alma pace utcumque compositum esset, & quamquam s. uti jam
antea innueram: Patres & Majores nostri sub tempore istud
Conventuales Reformati fuerint, discretos tamen vi Citatoriarum
Pontificis eligere non debuerant, esto Reformati essent, quia Re-
formati quidem sub Generali Ministro non Reformato, Fratre
Bernardino de Prato, ast sub Ministro Provinciali Reformato,
Fre Antonio Magni constituebantur. Hi porro Reformati cum
Observantibus, dum dicti Capituli Generalissimi Praesides, jussu
Leonis X. Constituti in provincia essent ad Electionem novi Mi-
nistri Generalis, ex Observantibus eligendi, seorsim vocati fuerunt
ad ferendum suffragium, exclusio positive Conventualibus non
Reformatis

Comprobatur transi-
tus Majorum Nostra-
rum a statu Conven-
tualium Reformatorum
ad Observantiam Con-
tigit Anno 1517.
Sub ipso Generalissimo
Capitulo Romae in
Conventu Ara-Celi-
tano jussu Leonis X.
Convocato.

Reformatis, S. Regula puram Observantiam assumere nolenti-
 bus, & suis dispensationibus, laxitatibusque indivulse adherenti-
 bus, ac ut ex fronte res dilucide appareat. Post hac jussurunt pre-
 fati R.R. D.D. ad se venire singillatim Fratres Convocatos, de aliis
 Congregationibus videlicet Amadæorum, Reformatorum, Claremont^{is}
 & de S. Evangelio, quibus adnotatis, jussurunt Auctoritate S^mi
 Domini nostri neminem, nisi adnotatum, & vocatum venire ad
 electionem sequentem, ad vocem pro ea dandam. Ita Chronologia
 Historico-Legal^{is} ad Annum 1577. Promum igitur est, ex his Con-
 cludere Ministrum, & Custodem hujus Provincia, utpote Reforma-
 tos, fuisse per eosdem Cardinales adnotatos, & vocatos venire
 ad Electionem sequentem, ac proinde Suffragatos fuisse pro Mini-
 stro Generali ex Observantibus hac prima vice electo Fr^{atre} Christo-
 phoro de Forlivio, dum interea Conventuales non Reformati alia-
 rum Provinciarum, uti etiam Austrie, Bohemie & Polonia no-
 lentes assumere puram Regula Observantiam ab Electione isthac,
 quam Pontifex declaravit, esse factam secundum Regulam, & Seriem
 Ministrorum a S. P. Francisco directe descendentium, exclusi,
 & jam ab his Observantibus divisi, distinctumque Ordinem Con-
 stituentes Officium Ministri Generalis una cum sigillis Ordinis
 Auctoritate Pontificia amisere, ac tandem ne ipsi Acephali re-
 manerent, in eadem Urbe ad S. Apostolos in Unum Congrega-
 ti, Fratrem Antonium Marcellum Magistrum Generalem, pri-
 mum sui ab hoc tempore distincti Ordinis Præmicerium elegerunt.
 Nihil porro amplius ab hoc momento Observantibus
 negotii, aut Communions interceptit cum P.P. Conventualibus,
 cum successive Confirmatio etiam Magistri Generalis, quam
 a Ministro Generali ex Observantibus in perpetuum assumen-
 do, flagitare debuerat; Sensim iis reluctantibus, nostris vero
 non anhelantibus evanuerit. Pro pleniori autem verum in eodem
 Capitulo Generalissimo gestarum notitia Observanda sunt Ver-
 ba Bullæ Unionis: Ite Vos in Vineam meam. Sequentia: „Quis-
 lus vero in Ministrum Generalem, aut Custodem eligi, aut in
 ipsorum Electione vocem habere poterit, nisi ducat vitam Refor-
 matam, & in Communitate Reformatorum illius Provincia, cui
 præficiendus est, protali habeatur, quidquid autem in Contrarium
 attentatum fuerit irritum sit, & inane. Præterea, quia de Refor-
 matis ac pure & simpliciter Regulam S. Francisci hujusmo-
 di Observantibus sæpe sæpius in precedentibus, & sequentibus
 mentio habetur; Volumus & declaramus sub nomine Reforma-
 torum, ac pure & simpliciter Regulam S. Francisci hujus-
 modi Observantium, Comprehendi omnes, & singulos infra Scri-
 ptos,

Patres Conventua-
 les amisere sigillum
 Ordinis, ac officium
 Ministri Generalis,
 evasitque Ordo eo-
 rum distinctus.

Observantes, Reformati Conventuales Clarenis Amadensis Uruntur sub nomine Observantium

ptos, videlicet: Observantes tam de Familia : tales ante Capitulum istud fuere PP. Hungaria Cherienses, Majores nempe hodiernorum PP. Salvatorianorum : quam Reformatos sub Ministris : isti fuerunt hujus nostre olim Reformatorum Conventualium, nunc Mariane Province Alumnii : ac Fratres Amadai, de Coletanis, Clarenis, de S. Evangelio, seu Caputio, ac Discipulos nuncupatos, seu alios similes, quocumque alio nomine nuncupentur, & Regulam ipsam S. Francisci pure, & simpliciter observent, ex quibus Omnibus Supradictis unum Corpus in unum facientes, eosdem ad invicem perpetuo unimus ita quod de cetero omnia diversitate nominum predictorum F. F. Minores S. Francisci Regularis Observantia vel simul, vel distinctively nuncupentur, & nunquam possint, & debeant, omnesque singulos : ut praefertur : Unitos Generali Ministro predicto, ac Provincialibus Ministris, & Custodibus, in quorum Provincia, & Custodijs respective morantur, in omnibus, & per omnia secundum Regulam subjici debeant. — — Qua propter omnes Domos, Loca, Eremitoria, que F. F. de Observantia, seu de Familia : uti PP. olim Cherienses, nunc Salvatoriani : seu alii Reformati sub Ministris : uti Antecessores in hac Provincia Nostris : quocumque nomine appellati fuerint, hactenus tenuerunt, & possederunt, Ipsi Ministro Generali, ac Provincialibus Ministris Reformatis, ac per eos institutis, & declaratis, in suis Provincijs respective, perpetuo subjicimus, & incorporamus, volentes loca ipsa per ipsos Ministros, ac eorum Successores Reformatos perpetuo teneri & possideri, Regi, & gubernari &c. Nulli porro Conventuales Relaxati, seu non Reformati fuere amplius in Hungaria post Annum 1454. postquam haec nostra Provincia sub Ministro Fabiano de Igal, per sepe memoratas Constitutiones, reformatata fuit; in hoc vero Statu Conventualium Reformatorum perseveravit Annis 63. nempe ad Annum 1517. & tandem sub sepe facto Capitulo Generalissimo Romano Unionem cum Observantibus inivit, ac Provincia Observantium mox S. Mariae denominata fuit. Quare post hunc Annum nomen ipsum Conventualium e Regno Hungariae suo cum Vestigio disparuit. Imo longe post haec tempora nullus horum in Hungaria existit. Anno siquidem 1629. in Appendice Synodi Pazmaniensis Tyrnavicae Celebratae ita de Coenobijs Ordinis nostri legitur ad marginem : „ Quindecim Monasteria habent hodie Franciscani de Observantia in Hungaria, Conventuales nullum. Vide ejusdem Synodi Appendicem pag. 116.

Nullum amplius in Hungaria vestigium Patrum Conventualium.

XXII. Saeculo priore, depulso Christiani Nominis hoste per Victoria Arma Leopoldi Imperatoris, & Regis Hungariae, immigravere e Polonia Regno, aut Unde unde ceterum PP. Conventuales in Hungariam favore Dioecesanorum, nonnullorumque Dominorum Terrestrium, ac quaedam deserta nostri, & aliorum Ordinum Monasteria occupaverunt, Provinciamque dein sub Titulo & Sigillo S. Elisabethae crexerunt, ac in Generali Regni Dioecesi Anno 1715. ad augendum, propagandumque Cultum Divinum inter Reliquas Religiosas Familias fuere recepti, quin tamen eodem Anno Artienlis Dioecesis misererentur, ac proreceptis in Hungariam agnoscerentur; Primitivum eorundem PP. Conventualium non protenderant se postliminio in Hungariam rediisse, & ideo non antiquum illud Provinciae hujus nostrae sigillum usurpare attentaverant, quod nempe bifariam subdividum in superioris parte sub Concamerato fornice B. Virginem sedulum ulnis gestantem, quasi Patronam Hungariae exhibet, in inferiori vero parte Regem & Ducem, cum inscriptione Rex, Dux ostentat Sed S. Elisabethae Thuringiae Domine Titulum, & sigillaturam adsumperunt, contenti, se ut novos in Hungaria Religiosos domicilia figere potuisse; Ast dum firmiorem stabilirent pedem, coeperunt omnia olim Conventualium in Hungaria Coenobia, quae haec ad suos olim pertinuisent, privatos inter Congressus suorum familiarium vendicare: quod quantum a vero abhincat, ex dictis & dicendis, nisi plene probatum sit, dubitans adhuc, cerebro desiciat, est necepe; Eorum enim Successores, qui ab initio Franciscani Ordinis instituti ex Austria in Hungariam venerunt, qui deinde sub Albo Vexillo Strigoniis a Bela IV. Rege introducti, ac sub in Circa Annum 1444. ob nonnullas laxitates preteritas Conventibus aliquot cedere Compulsi, dein Anno 1454. Reformati, ac demum Anno 1517. instante Rege Ludovico II. apud Leonem X. ad Observantiam omnes transiere, nostri, seu hujus nostrae Provinciae, tunc S. Mariae in Hungaria Antecessores fuere. Qui etiam tametsi ab Anno 1526. post Cladem Mohacsianam ad finem usque praeteriti Saeculi e pluribus suis Conventibus Barbarorum, Haereticorumque furore proturbarentur, quo ipso tempore omnes fere Religiosi excessere; imo ipsa etiam Capitula, loca Credibilia, seu Conventus Ecclesiarum suis in locis vix permansere. Haec tamen Provincia nostra, in quibusdam tametsi si pauculis Conventibus Constantiter persistit, subque tam Miris, Atros, quam Capitula, & Conventus consignatos ostendit, ut jam initio hujus Saeculi praefatus sum. Inter tot etiam verum nostrarum Conversiones velinet Provincia nostra primaeum sigillum, quo ipso

Veniunt in Hungariam PP. Conventuales sub finem praeteriti Saeculi, aut initio modernum.

Nostra Provincia ea est, quae nunquam interrupta semper ab initio instituti Ordinis S. Francisci in Hungaria perseverat.

ipso Sigillo munita jam primo, Secundo, Tertio, Reliquisque Or-
 clinis, & Provincia hujus Saeculis Instrumenta varia in Archivo
 nostro Posoniensi prostant, quin idem Sigillum in gmmi forma,
 & figura Conforme est Sigillo Aeri inciso apud P. Franciscum Don-
 zagam in suo Quadrupartito opere de Origine, & progressibus Reli-
 gionis Seraphica edito Anno 1587. Videndo ubi omnium Provin-
 ciarum Sigillatura exhibentur. Posunt praefati P.P. Conventuales
 moderni Hungariae facile Communisci, Conventus olim P.P. Con-
 ventualium ad se pertinuisse, uti etiam Ministros longa serie pro se-
 denominare, ut haec non ex Monumentis propriis; quae nulla ha-
 bere possunt; sed ex Scriptoribus, nostrarum rerum modice peritis,
 uti R. P. Martino Szent-Ivanyio e Soc. Jesu, ceterum Historico
 insigni; Ubi enim nomen Conventualium legunt, jam ad suos P.P.
 uti moderni P.P. Conventuales Constituti sunt; se reflectunt,
 non Attendentes, quod Conventuales illi, quorum notitiam, sive
 ex Communi Rumore, sive ex dictis Historicis hauserunt, demum
 sponte reformati fuerint, ac deinde jussu Pontificis Leonis X.
 ad interpositionem; Ceteros inter Principes; Regis Ludovi-
 ci II. ad Observantiam transiverint, eorundemque Successores in
 hodiernum usque diem in Hungaria; qui nos in hac Pa Ma-
 ria Provincia Sumus; Constantiter perseverent, Ministros etiam
 in eodem P. Martino Szent-Ivanyio legere possunt. Est nosse de-
 bent laudatum P. Szent-Ivanyium hos ex Archivo Provinciae no-
 strae, vetustissimo nempe Manuscripto, aetatem R. P. Martini Szent-
 Ivanyii Saeculis duobus excedente, ad apicem transumpisse, quam-
 quam interventu cujusdam e Patribus Conventualibus familiaris,
 ut puto; sui aliqua interpolaverit, alia vero vitiaverit. Nosse item
 velint iidem boni Patres Conventuales tum Conventuum Veterum
 Monumenta, uti etiam Ministrorum Provincialium in eodem R. P.
 Martini Szent-Ivanyii Catalogo recensitorum Acta; jam quorum-
 clam meminim; in eodem Posoniensi Archivo nostro, quod Conventus
 Unus e primis in Hungaria fuerat, semperque nunquam inter-
 rupta Serie, Patribus nostris, nobisque incolatum praebuit hodie,
 dum aservari, praecipue postquam e Veteri Budensi Conventu
 nostro post Mohatsiensem Cladem isthuc Provinciae Archivi pars
 major translata existit; quamquam multa, ac fere plurima-
 injuria bellorum, & motuum intestinorum, incendiorumque disper-
 dita Conjicere queam. Qua igitur fronte postliminium memorant,
 qui in Hungaria novelli sunt?

Fallunt, & falluntur.
 Patres Conventuales
 Vetera Monumenta
 olim ad suos perti-
 nuisse clamitantes.

Suntque in Regno
 Hungariae Novelli.

XXIII. Sub postremis Regni hujus Nostri Hungariae
 Comitibus Anno 1764. Captis, ac Anno 1765. terminatis Patres
 Conventuales

Conventuales Hungaria Patronorum suorum fulti presidio ca-
pacitatem etiam possidendorum Donorum Stabilium quesiverant,
ast petitione ista per Regnicolares rejecta, supplicavere, ut aliorum
Ordinum Mendicantium instar inarticularentur, quod postulatum
de Demeritate S. R. & Apostolicae Majestatis, omniumque Re-
gnicolarium, tam nempe Magnatum, quam Statuum, & Ordinu
favore feliciter assecuti sunt. Tenor Articuli Decretalis est iste:

Obtinent in Comi-
tibus Regni in Arti-
culationem.

Articulus XLII.

„Ex quo Religiosus Ordo Minorum S. P.
Francisci Conventualium Provincia à S. Elisabeth, statim
sub initium Institutionis suae in Apostolico hoc Regno diu, mul-
tumque florens, longiori tandem tempore per diuturna bella, &
varias vicissitudines eandem cum Patria sortem subire debuit.
Victoricibus vero gloriosorum Regni hujus Apostolici Regum-
Armis, depulso Christiani nominis hoste, ab Augustissimo Roma-
norum Imperatore & Hungaria Rege Carolo VI. in Specie
protectionem assumptus, & sub Generali Regni Dieta Anno 1715.
Celebrata, ad Augendum, propagandumque Cultum Divinum,
inter Reliquas Religiosas Familias postliminio jam receptus sit,
Articulatione ejusdem eorum intermissa, memoratum Religio-
sum Ordinem, Status & Ordines, absque tamen omni voto, & Sepio-
ne instar aliorum inarticulorum Ordinum Mendicantium praes-
enti Articulo mediante pro recepto declarant, ea cum obligatione,
ut idem Ordo in Testimonium suae gratitudinis duodecim Saero-
sancta Missae Sacrificia singulis Annis in perpetuum pro Sa-
era Regia, & Apostolica Majestatis, Successorumque Hungariae
Regum, & Apostolici hujus Regni incolumitate, prosperitate, &
incremento celebrare teneatur. Non invideo, non disputo, imò
quod mearum etiam partium futurum erat, utroque pollice sub-
scripseram huic eorundem PP. Conventualium Fratrum nostrorum
inarticulationi, Religionis utpote in Ecclesia DEI adprobatae, &
que viros tam virtute, quam Scientia insignes jugiter comple-
ctebatur. Ast si vitio non vertent nobis, dum Privilegio vilissi-
mi etiam Animantis, imò minutissimae etiam guttulae, in pulve-
rem deciduae, Nos, Majoresque nostros defendere volumus,
dum Nostra a tot saeculis parva in hocce Regno Hungariae me-
rita sibi usurpare, & vendicare, Nosque de certa possessione ge-
storum depellere moliantur, Articuli hujus Dioetalis favorem
his optimis Patribus porrectum, Veneror, & ut addecat, aestimo:
Nec ejus Contextum succenseo Viris in Hungarica Republica
quibus

Tenor Articuli
Dioetalis.

Reflexiones ad
huic Articulum.

quibus hoc munus incumbat. Consummatis, aut sensum ver-
 borum, suggerentibus utique his Patribus Conventualibus, incli-
 gere nequeo, non calumniandi, sed solius Veritatis studio percitus,
 quin hocce Sipario obruptam eandem Veritatem revelem, ubi
 quoad Ordo Minorum S. Francisci sub Initium Institutionis
 suae Conventualium fuit denominatus? demonstrent sive ex Regu-
 la, sive ex Testamento Seraphici Patris, sive etiam quibuscunque
 Pontificum Rescriptis memoriam hujus voculae Conventualium.
 nisi in sensu eo, quo fuit in Superioribus abunde dictum est. Con-
 ventuales Ecclesie nostra fuerunt declaratae, ad distinctionem pri-
 vatorum Oratoriorum, quo tamen in sensu nedum ipsi, sed & Obser-
 vantes, & Capucini, omnes denique Religiosi Conventuales dicitur,
 tur; ast ad tempora Concilii Constantiensis nullus omnino in-
 tra Ordinem S. Francisci hoc vocabulo usus fuit, dicti illi fue-
 runt Conventuales post tempora Concilii Constantiensis, quan-
 do alii de Familia nuncupati Observantium nomen indepti fue-
 rant, ut quid porro presumunt dicere, Ordo Minorum S. Fran-
 cisci Conventualium sub initium Institutionis suae? Remonstrent
 item memoriam in tota retro Antiquitate quibuscunque demum
 sive Historicorum, sive Regni hujus, sive Ordinis Monumentis: Pro-
 vincie PP. Conventualium S. Elisabethae in Hungaria, ante finem
 Saeculi praeteriti, aut initium modernum, quo favore Dominorum Ter-
 restrium Diocesanorumque quorundam ex Polonia, aut inde unde
 demum in Hungariam immigraverunt. Hos profecto s. soli Deo honor
 & Gloria: si sumus, quorum Majores in Hungaria diu, multu-
 que florentes fuerunt, nec tamen unquam per diuturna bella & va-
 rias vicissitudines peritum Regno hocce Apostolico exciderunt; imo
 dum omnia Sacra Catholica extremam subirent perniciem, adhuc
 haec eadem Nostra Provincia sex, Septemve Conventus formatos
 Numeraverat, uti jam abunde hocce Saeculo horum Collectaneorum,
 ac deinceps etiam ostensurus sum, Posthinc verò admiran-
 dum illud videtur, quod a Neophytis contra Avitos, & Actuales
 possessores praetenditur. Nostrum enim, seu hujus Provinciae Nostrae
 hodie Marianae, decessores ii sunt, qui Egregiam pro dilatanda,
 & Conservanda fide Catholica jam inde ab Andrea II. Rege
 Hungariae s. ut suis locis deduxeram: Authentice in Regno Hun-
 garia, aliisque finitimis ad Coronam Hungariae Spectantibus, na-
 varunt operam, indicant id jam saepe insinuata sigilla hujus-
 Provinciae primava, quae hodie ostendere valemus, quibusque ho-
 diernum Provinciae Nostrae, ut ovum ovo simillimum est, Transa-
 ctiones, aliaque Literalia documenta primo Statim, secundo, Tertio,
 Omnibusque ad modernum usque sub eodem sigillo confecta.

Præterea Conventuum Antiquissimarum Constitutiones, Fundationes, & Scripto consignata adpertinentia, Acta Capitulorum Ministorum Provincialium, adnotata item tempora, & Anni, quibus Patres Observantes Cherenses olim, ab Anno 1444. Conventus quosdam nostros eripuerunt, que tametsi plurima ex his facta absumpta sint, multa nihilominus in Archivo Nostro tenemus. Et ecce in tanta possessione Antiquitatis nostræ, nuper in Hungariam Commigrantes, vobis Verbo extorquere contendunt, quod re, & facto in Sextum jam Seculum pacifice Obtinemus! Fuere utique Conventuales olim in Hungaria, verum ii fuere Majores nostri, totaque hæc Provincia Regularem Observantiam amplexa fuisse Anno 1517. Evamit nomenclatura isthæc, si hodie P.P. Conventuales Hungariæ hanc ipsam puram Regulam Observantiam asumerent: quod uti olim ita hodie impossibile non est: nunquid Supervenientibus ex Italia, aut Gallia Conventualibus cedere vellet gestorum suorum Monumenta? que in Hungaria pro DEO, & Ecclesia in hodiernum usque diem exanthlaverunt? An sinerent eos in alienis gloriari meritis? Idem porro usquequaque sibi applicent. Sunt danè, qui nostra fodiunt, ut sua edificent. Inquit Tertullianus. Libro de Prescriptione Contra Hæreticos.

XXIV. Ut tandem ad principale propositum revertar, efficaciterque Comprobem Majores nostros ipso Anno Capituli Generalissimi Septimi ad Regularem Observantiam transivisse, Documenta Ordinis, & Provincie nostræ lubet Scrutari. Certissimum equidem, & irrefragabile est, Anno 1523. in Capitulo Generali Burgensi jam Provinciam istam reapse Observantibus Communeratam fuisse, dum de ipsa Statueretur, ut Provincia olim Hungariæ Reformatorum S. Marie vocetur. Si etenim hæc Provincia Anno mox dicto, ad Observantiam hucdum non transivisset, nihil de ea Capitulum Generale Burgense Statuere valuisset. Ordo equidem Conventualium jam ante sex Annos divisus sua alibi ad placitum celebraverat Capitula, nec ad hos, illosve pertinebat de Familia, imo jam distincti Ordinis, Provincie quidpiam definire.

Inno Anno 1517. Amplexa est Provincia nostra Regularem Observantiam.

XXV. Certum pariter est, Anno 1521. Anno mimumo quarto post Capitulum illud Romanum Generalissimum Septimum, Nostram hanc Provinciam jam inter Observantes Computatam fuisse, uti Conjectio e memoratis supra vetustissimis Constitutionibus P. Lucae de Segusdino, in Archivo Provincie asseruatis, quibus aforis Titulus iste prefixus legitur, vetustissimo Characterere expressus: Constitutiones pie memoria R. P. Lucae de Segusdino

Id ostenditur ex Titulo Constitutionum Anni 1508.

de Regundo Ministro Provincie Hungarie, qui obiit in Capitulo Generali Carpi celebrato Anno 1521., Probabilius ut Custodiam Custodum; Ministri enim Officium gesserat P. Antonius Magri, quod Carpense Capitulum utique Observantium fuit, uti Chronologia Ordinis testatur, Cui PP. Conventuales jam Quadrennio antea separati, adesse non poterant, nec ulla eorum amplius ad nostrum Ordinem fuerat Communio. Imo & Diplomate etiam Ludovici II. Regis Hungarie hoc ipso Anno 1521. edito, quod per extensum adduxeram superius q^{uo} II. Sijus Seculi, in quo eximuntur Confratres, seu Syndici Conventuum ab omni ^{dacia} ~~datio~~ Contributione, & lucro Camera, Cujus favoris Regii motum in eodem Privilegio sequens adducitur: „Eos s: Fratres n^{ost}ri, mirum Minores: Universis ipsorum bonis, & Juribus temporaneis cessisse, & ab aliquo tempore solis Eleemosynis se sustentare capisse. „ Certum inquam esse Confirmatur, hoc ipso Anno 1521. imo jam antea ab aliquo tempore, hanc nostram Provinciam Regularem assumpsisse Observantiam; Patres enim antea Observantes Cheriemenses bonis, ac juribus temporaneis cedere non potuerant, Cum ipsi dudum antea jam S. Bernardini Senensis, & Joannis Capistrani Atate Observantes dicti fuerint, esto proinde favor Regii Diplomaticus omnes omnino Provinciales, & Conventus in ditionibus Ludovici Regis affecerit, directe nihilominus ipsum Diploma huic Nostrae Provincie, que paulo ante a Statu Conventualium ad Observantiam Regularem transierat, Bona, & Redditus etiam nomine Sedis Apostolice possessos, uti & dispensationes omnes repudiaverat, Concessum fuisse, verosimillimum est, nec illud in contrarium obverti potest, quod jam ab Anno 1454: uti in premisso innueram: hanc Provinciam Reformatam sub P. Fabiano de Gal Ministro vitam sit amplexa, nec potuerit porro jura, & bona temporalia Anno 1517. possidere, quibus assumpta eodem Anno Observantiam cepisset. Dico equidem hanc Provinciam jam ab Anno 1454. Reformatam fuisse, & nihilominus adhuc hoc Anno 1517. quibundam bonis: Nulli tamen amplius juri sive ad bona, sive ad Redditus, aut hereditarias successiones, istud enim ad tenorem Constitutionum Generalium repudiaverant: cessasse, ad hunc enim usque Annum supererant quedam Prædia, Prata, Agri, hisque similia, ad Conventus plures ab antiquo pertinentia, que non nomine Fratrum, non in Communi possidebantur, sed Redditus nomine Sedis Apostolice a Procuratoribus secularibus, seu Syndicis, ac nonnumquam ab ipsis etiam Fundatoribus Conventuum, eorumque Heredibus in usus licitos Fratrum impendebantur, Dominium vero

Ex Diplomate ipsius
Ludovici II. Regis
Hungarie.

Obiectio ante,
vertitur.

vero, & proprietatis: uti etiam apud omnes tam Observantes, quam Reformatos modernos Conventualium, ^{uultu} Utensilium, Victualium, aliarumque Verum necessariorum: ad Sedem Apostolicam pertinebant, que pradia, prata, Vineas &c: vendere, aut alienare integrum eis non fuerat, sed usum dumtaxat fructuum ad vitam sustentationem eam Verum Circumstantia fors potissimum medium ob parciores eleemosynas. receperant; atque hic fuerat sensus eo tempore illorum etiam Ministorum Generalium, qui Reformationem, & Observantiam impense foverant, atque amplificaverant, istum vivendi modum Regule puritati nihil officere censentes, ac ne hac a me voluntarie adstrui reputentur, videntur Acta Capituli Generalis Interamnensis Anni 1500. in Chronologia Historico-Legali. Ubi in Novis Reformationibus, seu Constitutionibus pro toto quia late patebat tam Conventualium, quam Observantium Ordine sub eodem Capite Ministro Generali per Universum Penevale Capitulum iussu Alexandri Papae VI. alioquin ex Observantium Familia ad istud fastigium assumpti, editis, ac precipue ex Cap. IV. & VI. manifeste apparent haec omnia. Quia tamen Reclamatio Patrum Observantium apud Leonem X. contra haec pradia, Agros, Vineas &c: prevaluerat, ideo dum Provincia haec nostra ad Observantiam Anno 1517. transit, se se Observantibus conformare volens, ista successively dimisit.

XXVI. Sed & alterum ex P. Waddingo nostro reperiendum, quod evincit nedum isto Anno 1521. memorati nempe Diplomatis Ludoviciani dati tempore, hanc Provinciam nostram jam e numero Observantium fuisse, sed etiam Anno 1519. Biennio Solummodo ab ipso Capitulo Generalissimo Septimo, seu ab ipsa Unione introducta, elapso, ac proinde proxime jam ad dictum Annum 1517. Ita enim scribit P. Melis, Janus a Macro apud Waddingum Pro 38., Fratribus Provinciae Hungariae olim Reformatis, nunc Regularis Observantiae Privilegiorum Conservatorem deputat: Leo X. Præpositum Albensem, Duclum siquidem. Die VIII. Maji Anno 1519. Adhuc insuper ipsum Breve Pontificium citatum ex Regesto Cis-Montanae Curiae fol: 10. Ubi inter cetera ait Pontifex: Cum autem sicut exhibita Vobis, nuper pro parte Dilectorum Filiorum Moderni Ministri Provincialis, Guardianorum, & Fratrium eiusdem Ordinis Minorum, olim Reformatorum, nunc autem Regularis Observantiae nunciatorum, Provinciae Hungariae &c: Quid porro ambigat, aut in dubium revocet? praesumendum, imo resolute asserendum esse, hanc Nostram Provinciam jam Anno 1517. ad Observan-

Confirmatur id ipsum ex Breve Leonis X. dati Anno 1519.

ad Observantiam Regularem transisse, cum etiam Pontifex in mox citata Bulla dicat olim Reformatorum: quod olim ni, si ad biennium antea revocari possit, nihil sapio.

XXVII. Tandem pro Ultimo Assertionis mea stabili-
mento, si quis adhuc premisis oblectari velit, adeat Archivum
Provinciae nostrae, ac ibidem reperiet Originale Transumptum
Bulle Unionis Leonis X. Itē Vos in Vineam meam. In-
Complicato Pergameno typis excusum ipso Capitulo Romano
Anno 1517. jam absoluto Capitulo Generali per Eminentissi-
mum Cardinalem S. Marci Dominicum S. Sedis Aquilegien-
sium Patriarcham, & Trium Ordinum S. Francisci Protecto-
rem Die 21. Mensis Junii, ad Instantiam Rndsmi P. Christo-
phori de Forlivio novi. Ministri Generalis, nuper ex Observan-
tibus assumpti, expeditum, sigillatum, ac demum ita subscri-
ptum,; Ut Ego Jacobus Sketa Trebanus Clericus Aquile-
jensis Diocesis, Imperiali Authoritate Notarius publicus, pre-
libati Rndsmi Domini Episcopi Cardinalis, Patriarchae, Pro-
tectoris Cancellarius, Scriba, & Tabellio, quia praedictarum Lite-
rarum Apostolicarum presentationi, Collationi, Auscultatio-
ni, & Decreto, omnibusque aliis, & singulis, dum s: ut prefer-
tur: agerentur, & fierent, una cum prenominalis Testibus in-
terfui, eaque omnia, & singula vidi, & audivi, ac hoc publicum
presens Instrumentum transumpsi, subscripsi, publicavi, &
in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meo
solitis, & consuetis, una cum prefati Rndsmi Domini Epi-
scopi Cardinalis, Protectoris sigillo majoris oblongi s: quod ta-
men jam decedit, solis filamentis sericeis exstantibus: appen-
sione signavi rogatus, & requisitus, in fidem, robor, & testi-
monium omnium & singulorum premisorum. Quid quiesco,
hoc Originale Transumptum indicat aliud, quam quod Vocales
Provinciae nostrae illud in Testimonium acceptatae Unionis
Cum Observantibus, assumptaeque Observantiae Argumentum
ad hanc Provinciam retulerint, ac pro memoriali perenni ad
Archivum Provinciae reposuerint, si equidem videm PP. No-
stri hoc ipso Capitulo Generalissimi Septimi tempore se Ob-
servantibus non agregassent, prorsus neque assequi, cur illam
Unionis Bullam tanta fultam, munitamque Authoritate, &
Recognitione ipsius Protectoris Ordinis attulissent.

XXVIII. Lego quidem in eodem Waddingo nostro
ad Annum 1518. No 38. Sequentia: Invenio hoc Anno
Conventum

Probatur Apertum
ex Originali Trans-
umpto Bullae
Unionis in Archi-
vo Provinciae Reperto.